DUX

GRAMMATICUS

Tyronem Scholasticum

Ad rectam { *Orthographiam*, *Syntaxin*, & *Prosodiam* } Dirigens.

Cui suas etiam *Auxiliares* succenturiavit *Copias*

DUX ORATORIUS,

Quintuplici, *viz.* cohorte { *Imitatione*, *Paraphrasi*, *Synopsi*, *Metaphrasi*, *Variatione Phrasium.* }

Ubi variæ tum *Regulæ*, tum *Formulæ* traduntur, rem eandem exprimendi varié.

Curâ atq; operâ *Johannis Clarke*, S. T. B. Ludimagistri quondam *Lincolniensis*. Editio *septima*, novissimâ *Authoris* curâ emendatior.

Μήτε τέχνην ἄνευ μελέτης,
Μήτε μελέτην ἄνευ τέχνης. *Protagor.*
Apud Stobæum.

—— *Artes peperit solertia, nutriet* usus.
Claudian. *de Rapt. Pros.*

LONDINI,
Excusa Sumptibus *Edvardi Thomasii* ad insigne *Adami* & *Evæ* in vico vulgò vocato *Little Britain*. 1677.

Richardus & Johannes

R: Quomodo vales, mi
sodales. J: ~~[illegible]~~ Quidem
vales, sed quomodo tu. R:
Quidem puto ut Ego ~~vale~~
[redacted] vales aequeac tu. J.
Sed quaeso dic mihi ubi
iturus es. R: Eo ambula=
=tum in agris. J: Si ma=
=nebis, ibo tecum. R: Mane=
=bo, ~~et~~ si properabis. J: Pro=
=perabo quantum possum.
R: Sed nunc non possum
manere, nam timeo ~~ut~~ ne
ut pater tuus ~~sinet~~ ~~sinert~~
non sineret te ~~ire~~ ire.
J. Vale. R: Vale peter
~~per~~ peq

DUX

GRAMMATICUS

Tyronem Scholasticum

Ad rectam { *Orthographiam*, *Syntaxin*, & *Prosodiam* } Dirigens.

Cui suas etiam *Auxiliares* succenturiavit *Copias*

DUX ORATORIUS,

Quintuplici, viz. cohorte { *Imitatione*, *Paraphrasi*, *Synopsi*, *Metaphrasi*, *Variatione Phrasium*. }

Ubi variæ tum *Regulæ*, tum *Formulæ* traduntur, rem eandem exprimendi varió.

Curâ atq; operâ *Johannis Clarke*, S. T. B. Ludimagistri quondam *Lincolniensis*. Editio *septima*, novissimâ *Authoris* curâ emendatior.

Μήτε τέχνην ἄνευ μελέτης,
Μήτε μελέτην ἄνευ τέχνης. *Protagor.*
Apud Stobæum.

—— *Artes peperit solertia, nutriet* usus.
Claudian. *de Rapt. Pros.*

LONDINI,
Excusa Sumptibus *Edvardi Thomasii* ad insigne *Adami & Evæ* in vico vulgò vocato *Little Britain*. 1677.

Cicer. 3. de Divin.

Nullum munus *Reipublicæ* afferre majus, meliúsve poſſumus, quàm ſi doceamus, atque erudiamus *juventutem.*

Eraſm. ad Sapid.

An *tu* putas ſordidam eſſe functionem, primam illam ætatem *tuorum*, optimis literis & *Chriſto* ſtatim imbuere? Stultorum opinione humilius eſt, *re* longe ſplendidiſſimum. Ludi literarii *Magiſtrum* eſſe, proximum *regno* munus eſt, — & ſi *Ethnicis* quoque ſemper præclarum magnificúmque fuit de *Republica* bene mereri, dicam audacter, *nemo* melius de ea meretur quàm rudis *pueritiæ* formator modò doctus & integer. Quod in *ſalario* diminutum eſt, *Chriſtus* ipſe de *ſuo* penſabit abundè olim.

Vide Formulas Orator. *in Epiſt. Dedicat.* pag. 3. *in Marg.*

Eru-

Erudito Lectori,

aut

Erudiendo.

EN *tibi* (Philomathes) *Ducem* Grammaticum *quem* Ego *in privatum meæ puerilitiæ usum, detinui hactenus apud* me! *Quam* mei *inde* discipuli, *utilitatem decerpserunt: agnosco liberè, atque* Deo Opt. Max. *gratias habeo proinde maximas*, cujus *solùm beneficio est quod* scimus, *quod sumus, quod possumus aliquid.*

Multiplici prodit stipatus famulitio Duculus *hic, ut viam tibi muniat in perrumpendis* Grammaticæ *difficultatibus, & facilitandis* regulis.

Habes enim primò, duplicem Latinæ Syntaxeos Praxin: *alteram brevibus comprehensam sententiolis, ubi vides in margine*, Regulas Lilianas, *quarum sunt* Praxis, *juxta appositas*,

opus olim Whitintonianum.

Alteram *dialogis quatuor accuratiùs dispositam à D.*Leech *Latinè, meâ versione Anglicanâ.*

Tum *modum repetendæ* Lectionis, 2. *&c. de* stylo *orationis, &c. Porrò de* pronunciandis, *&* accentuandis, *vocibus Latinis, &c. & alia habes insuper quamplurima ad* Orthographiam *&* Prosodiam *pertinentia.*

In secundâ parte ad Ducem *te deducit* Oratorium, *instituendo, quo possis modo, ad* copiam *verborum, ad* elegantiam, *& suavitatem compositionis, numerósque demum* Oratorios *pervenire.*

1. De *Praxi* utraque Syntaxeωs, atque *usu* earundem.

Amplissimus certè foret dicendi campus, si in Praxeωs *hujus, vel consimilium, aut translationum demum istarum* usum *& utilitatem ac versiones vernaculas descenderem. Sed hoc præstitit* Aschamus *olim*, Brinsleius *& alii Antiquiores — vide Lud. Literar. or* Grammar school, *pag.* 105, 106, &c.

Res ipsa loquitur, atque quotidianâ docemur

docemur experientiâ, Regulas *Artium*, & Grammaticæ *inprimis*, *ſine quotidianâ* Praxi *diffluere*, *multumq; fruſtra abſorberi temporis in ediſcendo* ad verbum, *memoriter* Grammaticam, *Pſittaci in morem* (regulas *tamen memoriâ tenere neceſſum eſt*) *cùm vix unius interim regulæ ſenſus intelligatur.*

Utramlibet igitur harum *praxin* (*vel* aliam *quamlibet*) pueris *vertendam ſuis dabit Pædagogulus*, *ſed primò* primam (*eſt enim facilior*) *vertántque ex vernacula in Latinam*, *ex Latina in vernaculam denuò* — *exigatur ab* illis *ratio uniuſcujuſque* caſus, *regiminis*, *inflexionis* — *&c.* — *Hoc etenim modo*, pueris *etiam aliud agentibus*, *inſtillabitur furtim* a Grammatica, *& clavo quaſi tribuli infigetur penitiùs.*

Compendiaria inſuper methodus *hæc eſt futura*, *ad ſtylum* oratorium *imbibendum*, *ſi* dictante *præceptore* (*vel attendente ſaltem*, *atque audiente*) tranſlationes *iſtæ fiant*; *ut doceat illos* unam *tunc*, *aut alteram* regulam compoſitionis *Oratoriæ*, *præſertim*

a Quamvis *puer non* diſcernat; *uſu* tamen illo aſſiduo diuturnoq; conſuetudine, quemadmodum ii qui in *ſole* ambulantioratio ejus colorabitur, *Anton. Scor.*

* Vide formul. Oratorias, p. 377.

* quartâ & *quintam* Generaliorem—*In principio & fine periodi*—&c. 5. *Judicium aurium nullo hic eſt negligendum modo*—&c. & regulam primam & ſecundam ſpecialiorem—*viz. Adjectiva* Subſtantivis *præponi*—&c.

pag. 378. 2. Obliqui *caſus orationem eleganter inchoant*, verba *claudunt periodos elegantiſſimè*—&c.

Incredibilem citò percipiet hinc progreſſum in ſuis diſcipulis; & regulæ Syntaxeos facilius ediſcentur, felicius & fidelius in uſum quotidianum tranſferuntur, quàm ſi hæreat (quod heu multi *nimis faciunt) in exteriori* Grãmaticæ *cortice; vitreum (quod ait* ille) *vas lambendo, pultem autem non attingens.*

Æſopi Fab. 27. *de Vulpecula & ciconia.*

Aſpiret ſtudiis noſtris univerſis, divinæ cœlitus gratiæ Favonius *ut in* ſui *nominis gloriam tendant omnia, atque reipublicæ hujus & Eccleſiæ emolumentum. Vale*

Lincoln. Ibid. *Feb.* 1638.

Tuus in Chriſto, *J. Clarke.*

Poſt-

Sed heus, (Lector) *videbis in secunda praxi Anglicana* p. 246. *dialogos aliquot Anglicanos, de industria contextos, in phrasi vernacula, ad exercendam & acuendam puerilem nostram in utriusq; linguæ propriis* elegantiis. *Si foret operæ in me pretium, typis mandaturus essem separatim libellum, in quo* phrasis *Anglicana & Latina responderent sibi ex adverso: — si tuum in hac re vel nullum vel unicum* typographo *meo indicaveris, in tuum mox omnia evolvuntur usum: ut & aliud quidvis quod penes me est, quod in publicum bonum cessurum sit.*

Neq; inutilem me spero navâsse operam, nec tibi ingratam, in 3ª editione Phraseologiæ *nostræ* puerilis *quam videbit vos hac in re tuo respondere. consulas* hac *de* re *imò, amésque tam suavem,* rcum *plane atque desideratissimum libellulum.*

* *Sed* hoc *me* labore *levavit jam, quam auspicatissimè*, Mr. Guilielm. Walker. *ludi magister* Ludensis *in utilissimo suo de* Particulis *Anglicanis libello nuperrimè elaborate, in* usum *scholarum* nostrarum *feliciter nunc demum edito* quem *faxit terſum, au*

Vale

Philiph. Lib. 2. de
Educat. Liber.

Magiſtri pueros *ſibi commendatos non aliter quam* filios, *omni curâ & amore proſequantur, nullum denique refugientes in erudiendis* eis *laborem, pro quibus cùm perfectam ad eruditionem evaſerint, non minùs gaudebunt quàm* agricolæ *pro plantatis arboribus, ubi dulcem edunt fructum.*

Franciſc. Petrarch.

In lubrico ſtas, atque in fluxu ſtruis, age tamen fideliter commiſſum: ſi plena ætas acceſſerit, poterit meminiſſe, alioqui ſua erit oblivio, fides tua: magnum ſatis ipſa ſibi virtus eſt præmium. Conſcientiâ bonorum operum nihil eſt dulcius; non te retrahat ab hoc honeſto tuo inſtituto deſperatio præmiorum, —— &c.

Σὺν Θεῷ.

Grammaticulorum:

Institutio.

Seu,

Vulgaria *Whitintoniana.*

MI Puer, diligenter invigilato his præceptiunculis.

Imitatio *authorum* sine præceptis, est nisi *temporis* procrastinatio, & jactura *Grammaticulo.*

Frustrata est opera, si *faber* ligna vius, absque *circino*, regulâ, *lineâ*, & perpendiculo materiem dolare, aliquod ædificium fabricare, & extruere niteretur.

Præposterus est ille præceptor qui *imitationem* præceptis anteponit.

Pueri solâ imitatione educati, errant tenebrosi, qualis cæcus sine baculo aut duce.

1.
Verbum
personale
coheret,
&c.

2.
Adjecti-
vum cum
Substan-
vo con-
dat ge-
&c.

3.
Relativum
cum An-
cedente
cordat
nere, &c.
Nunc
posteri-

Inge-

Ingeniola his cæcis ambagibus reddunturobtusa, qualis est pistillus.

Hic labor est gravis, quantum onus *Atlanticum.*

Tyrunculus, his nugis *die* jacturam facit, quotuplum fructum *quatriduo* vix quæritat.

Oculi ejus sunt lucidi, qualis crystallus; cæci tamen.

Labella sunt livida, quale est plumbum.

Si Nominativus Relativo & Verbo, &c.

Hic *modus* est, *quam* & apertum & commodum, ad institutionem *puerorum* experietis.

Quem invenias (saltem expertum) *qui* probabili ratione *hoc* refragetur.

Quotiès illus nominativus &c.

Quemcunq; *istud* oppugnare audiã *hunc* ignarum, & *sciolum* reputabo.

Quis enim (ut inquit *Cicero*) est *qui* in nullis tradendis *præceptis* audeat se Philosophum dicere?

si nominativus—

Quicunq; nihil absolutum legit, imò undicunq; *paululum* quid divellit: *moretum* hunc excerpere decet.

Multa ingeniola clara, illâ *labyrintheâ* imitatione eluduntur, *labores*, & sumptus frustrantur, cujus suum *præceptorem* & pigeat & pudeat.

Via

☞ Via pervulgata, quâ *majores* noſtri uti ſolebant, eſt per *præcepta*.

Eſt pertinaciæ *indicium*, ubi errorem, de quo es admonitus crebro, non corrigas.

Ineptæ *arrogantiæ* (*cui* obnoxii ſunt non pauci) eſt argumentũ, cùm *ſolus* videre affectat quiſquam.

Eſt res improba *quâ* utendi deſiderium habet nemo.

☞ Vir eſt *cui* obviam ire nolim.

Eſt enim curioſus *inveſtigator* rerũ, *de* quibus audire faſtidio.

Linguax eſt, cujus flagitii cauſâ fidem huic adhibent rari.

Has res memoriter ediſcas; quo accuratè facto, eruditionem fructuoſam aſſequêris.

Is eſt (quo vivo) indigere nequis.

Præcepta *grammaticali*, primæ & præcipua eſt inſtitutio.

Illæ inextricabiles imitationis ambages, *præceptori* odioſæ eſt, moleſta & *diſcipulis* nullus aut rarus fructus. Eruditio mihi thesaurus viſus eſt ſummus.

Divitiæ temporariæ, *mihi* ſtos citò aut genetum collocatum, &c. Nunc cum poſteriore.

Relativum regetur à verbo, &c. aut ab alia dictione, quæ cum verbo in oratione locatur.

Verbum inter duos nominativos cum altero tro convenire.

Relativum an Adjectivum inter duo Antecedentia diverſorum numerorum.

mar-

marceſcens & caducus, eſt viſus, ubi *eruditio* hærebit.

Cognitio rerũ (quantumvis multa) *habenti*, onus non eſt viſum.

Faſtus veſtium, apud quoſdam, munditia eſt nuncupata.

Paupertas, nunquam æquè atque nunc, onus mihi eſt viſum & miſerum & grave.

Relativum inter duo Antecedentia diverſorum generum, &c.

Grammatica quæ (vel *qui*) fons eſt liberalium artium radicitùs amplectenda.

Nunc cum priore.

Ocium, quod (vel *quæ*) omnium vitiorum eſt altrix, abigendum eſt præcipuè in tenera ætate.

Nunc cum poſteriore.

Studium ſapientiæ, quæ Philoſophia dicitur.

In prima *Angliæ* civitate, quod *Londinum* appellatur, fum *natus*.

Paternas fores præterfluit gratiſſimum flumen, quæ *Thameſis* nuncupatur.

Nec unica vox ſolum ſed interdum Oratio ponitur pro Oratione.

Eſt locus in carcere, quod Tullianũ appellatur.

Teneram ætatem in diſcendi exercitatione prorſus tranſegi: quod quidem & utile & gratum nunc eſt mihi.

Ludicra, & obleſtamenta, doctrinæ

ctrinæ *ſtudio* poſtpoſui, quod gratiam *mihi* præ cæteris conciliat.

Si graves labores ſuſceperis, neq; fructum neq; laudem merearis, moleſtum eſt tibi.

Laboribus ſubire nolis; aut *mendicare*, aut latrocinari debes, quorum alterum *miſeriæ*, alterum laqueum parit.

Flagitium committere, aut flagitium fovere, ſunt æquè improba.

Ego quoquè unà pereo, quod mihi charius eſt.

Nam vi patriam & parentes regere, quanquam poſſis, & delicta corrigas: tamen importunum eſt.

Modeſtè ambulare poſt refectionem, naturalem recreat calorem, & concoctionem maturat.

Non ſemper vox caſualis eſt verbo Nominativa.

Studio incumbere, continuò poſt ſaturitatem, vapores capiti attrahit, & cerebro officit.

Animum ſolatiis acuere, corpus exercitatiunculis verſare, & temperatâ refectiunculâ frui, ſunt *ſtudenti* medici præſentiſſimi, & præſtantiſſimi.

Fruſtra autem niti, & nihil aliud te-

te fatigando nisi *odium* quærere, est extremæ dementiæ.

Hoc *præceptori* causabor, *me* præpeditum *advenis*, vel *hospitibus*.

Hæc aut similia objiciet *mihi*, Figmentū est istud: Quos testes adduca? Id arbitror apprimè esse utile in vita, ut *nè quid nimis*, (sapplè facias) —— An hæc dicent mihi Invitus feci? Lex coegit.

Vir est, qui & ingeniosus & eruditus est.

Adjectivum in neutro genere.

Scitum est ante initium, *exitus* cogitare.

Stultum est adversus stimulum calcitrare.

Æquum postulat.

Multa facienda habeo.

Pauca tecum ratiocinanda habeo.

Quæ sunt ea? paucis expedito.

Sunt mihi utilia.

Omnia, habeo, neque quicquam habeo.

Appositio est duorum Substantivorum ejusdem casus &c.

Crapula, omnium ægritudinum mater, multis vitam diminuit.

Rursus temperantia, *sanitatis* custos, homini dies adjicit.

Itaq; qui moderantiam, primam

natur

natura ducem, *ſanitatis* reginam obſervat, medicis non indigebit.

Pars hâc, pars illâc fugêrunt. *Nomen multitudinis ſingulare, &c.*

Plebs (ad unum) clamitant de hac univerſali rerum penuria.

Turba protervi, vel flagitioſi, iſtûc convenerunt.

Vitam datam per *virginem*, gentes redempti, plaudite. *Syntheſis oratio congruaſenſu, non voce.*

Lepus gravida effugere nequit, imò citò arripitur.

Anſer fœta à nido ægrè excitatur.

Piſces ovipara, vel fœtuoſa, tranquillum appetit ſtagnum.

R. eſt aſpera in pronunciatione.

Sanitas continua, & rerum abundantia (ut inquit, *Auguſtinus*) æternæ *damnationis* ſunt maxima indicia. *Copulatum per Conjunctionem; & nec, neque, cur.---&c.*

Erudi:io cum virtute exornat quemquam.

Præſes *urbis*, cum Senatoribus conſultant.

Et pater & mater adeò mihi ſunt ndulgentiſſimi: nè *me* caſtiga um patiantur, quos igitur olim devoveam. *Dignitas etiam eſt maſculinum genus quam fœm.---&c.*

Avunculus, uxor ſibi, & manci pium, mihi venienti fuerunt obvii, quos

Dignius fœm. quàm neutrum. At cum Subſt. res inanimat. ſignif. Dignior enim eſt perſona prima quam ſecunda. ---

quos convenire habeo. ———

Pecudes & pecora quas copioſas hîc in *Anglia* vidimus, nunquam æquè atque nunc, fuerunt raræ.

Sumptus & moleſtias quas pertuli æqua judico, nunc, cùm inſtituti compos ſum

Tu, & ego, & germanus tuus, ab incunabulis unà educati fuimus.

Tu & ego ſumus coætanei, *vel* coævi.

Tu, & tui, ad unum, neceſſarii, damnum quod mihi intuliſtis redimere vel reſarcire poteſtis nunquam.

Diſſentaneum eſt, ut tu & ego, qui condiſcipuli ſumus, diſſentiamus invicem.

Quid reſpondebimus, conthoralis meus, tu & ego, qui ad *præceptorem* accuſamur?

Tu & famulus tuus eſtis non diſſimiles.

Tu & tibi conſocius, *qui* & fabricare & mentiti noſtis, inter pharmacopolas ad antidota vendenda maximè eſtis idonei.

Zeugma. Aut tu aut ego ob hoc facinus pœnas luam: fors uterq; noſtrûm. *vel ſic.*

Aut.

Aut tu lues pœnas ob hoc facinus aut ego, fòrs uterque.

Neque *pater*, qui mihi egregiè præter cæteros eſt charus, neque *mater* te mihi magis grata advenit, *vel ſic.*

Neque pater, ſed neque mater quæ egregie præter cæteros mihi eſt chara, te mihi gratior advenit.

Quas ad me proximè dediſti literas, mihi perjucunda fuerunt. *Antiptōſis.*

Eo jucundiores quia priſtinam, quæ mihi tecum (à pueris) interceſſit amicitiam indies accreſcere perſpicio. *In Nomina.*

Et inprimis, quia illam litigioſam cujus rei poſtremis literis eram cupidus, expediſti. *In Genitivo.*

Hoc enim officio cui viro obnoxius eram, effeciſti mihi amiciſſimum. *In Dativo.*

Unde, quo (ubi vis) familiariter utêris amico, paratiſſimus tibi ero. *In Ablat.*

Qui ſtatus, & quæ conditio, tuarum ſit rerum, hic internuntius tibi verbis aperiet.

Summa rerum eſt longior, quàm ut literis complectar: cujus rei cauſâ omnia hujus committo fidei.

Per-

Perconteris velim à tabellario, quas moleſtias inde capimus.

Quiſnam homo eſt, qui non admiretur, ſi inde audiat.

Quo ore compellabo patrem?

Prolepſis cum congregatio ſive totum.

Amici in hac re ſunt, alii fidiſſimi, alii remiſſi & languentes.

Adverſariorum tamen, *pars* videntur ſuæ vicis pertæſi: *pars* autem (quamvis vultum ſimulent) ſe honeſtè, fore dimiſſos, cupidi.

Verba infiniti modi pro Nom. accuſ. ante ſe ſtatuunt.

Gaudeo omnia ſuccedere ex optato, tuis poſtremis literis.

Conjiciebam (ipsâ primâ fronte) rem huc eſſe redituram.

Quòd ſcribis te admirari, hinc diu, ad te allatum nihil ſit, tum quia longè hinc abes: tum propterea quòd rari intercurſant nuncii.

Finis primæ Partis.

Secunda Pars de Conſtructione Nominum.

Cùm duo Subſt. diverſæ ſignific.

HIc eſt famulus patris, *patri*, vel paternus.

Ea eſt uxor fratris, *fratri*, vel fraterna.

Hic

Hic eſt equus regis, *regi*, vel regius.

Is eſt dominus hujus fundi, vel huic fundo.

Eſt amplus dominus ſilvarum & aquarum; vel *ſilvis & aquis*, qualis hîc locorum quiſquam.

Socer heri vel hero, affuturus eſt, vel aderit hodié.

Hæc eſt ſocrus fratris, vel fratri.

Illa eſt *gener* patrui, vel patruo.

Perinde duriter me tractat, ac ſi eſſem privignus illius *aut* illi.

Ejus *vel* ei noverca eſt, ſævior illi quam vitricus.

Patrimonia quæ illius, *vel* illi pater, avus parentes & majores (ultra memoriam hominum) poſſederunt: is ſtultè perdidit.

Adeò ut ejus *vel* ei filius, nepos & tota progenies, & poſteritas illum devoveant.

Amat me vehementius, quàm illius, *aut* ille patrem, matrem, fratrem, ſororem, & totam cognationem.

Eſt præſes machinarum bellicarum, *vel* machinis bellicis.

Eſt primus *vel* præcipuus dux exercitûs, *vel* exercitui.

Avun-

Avunculus meus eſt unus ex pr
matibus urbis, *vel* urbi.

Quis eſt pater hujus pueri, *vel* hu
puero?

Hic dignus eſt diſcipulorum, *v*
diſcipulis eſſe præceptor, qui tu
moribus, tum *ſcientiâ* eos inſtruit.

Iniquum eſt hunc famulorum, *v*
famulis eſſe dominum, qui ſibi do
minari neſcit.

Ille Rex eſt regum, qui omni
creavit.

Eſt homo par paucorum hominũ.

Roſa eſt flos florum.

Omnium voluptatum ea demu
eſt voluptas.

Omnium dolorum hic dolor eſt.

Verba æſtimandi. Libra ceræ novenis denariis æſti
matur.

Emas mihi ſelibram croci, qua
drantem cinamomi, ſextantem pi
peris.

Nomen pretii. Chorus hordei toſti in hodierno
mercato, octenis ſolidis, *ſive* aurei
æſtimabatur.

Modius tritici, duodenis denarii
pendebatur.

Semodius ſecalis, *denis* denariis.

Semo-

Semodiolus avenaceæ farinæ, quaternis denariis.

Lagena vel congius dulcis vini octenis denariis *Londini venditur.*

Lagena *cerviſiæ*, denario cum quadrante.

Eſt amator virtutis, *vel* amat virtutem.

Injuriarum eſt defenſor, *vel* injurias defendit.

Crapula eſt altrix omnium ægritudinum.

Eſt alieni appetens, ſui profuſus.

Juſtitiæ ſemper ſuit obſervans.

Obſervantiſſimus æqui.

Multarum rerum eſt expertus.

Participiorum voces cùm ſiunt Nom. genit. poſtulant.

Quantumvis nummorum ſit profuſus, nihil penſi habet, dummodo ſibi ſuperſit quicquam.

Tantaleas *opes* profunderet: vel *Tanta'earum* opum profuſus foret: modò iis potiatur.

Opes recondit vel cumulat illi: qui eas brevi profundet *vel* earum profuſus erit.

Sum hujus rei perplexus: quo *ea* evadet tandem.

Adeo eſt *ſui* perplexus, ut quo ſe vertat ignoret.

Num-

Nummorum prodigus est in eos *qui* (si subsidii indigus fuerit) ei opitulari non valent.

Prudentiæ est inscius, qui futurorum non est præscius.

Adjectiva quæ desiderium, notitiam—— genitiv. postul.

Gloriæ adeò est avidus, ut sui ipsius sit ignarus, *vel* seipsum ignoret.

Nummorum ità est avarus: ut suæ conversationis cupidus sit nemo, *vel* suam familiaritatem cupiat nemo.

Honesti vel decori memor, nunc sumptum (vel impensarum) *liberalis*, nunc autem parcus esse debet, pro temporis varietate.

Victoriæ, *vel* vincendi compósne an impos fueris, tuæ fortunæ particeps ero.

Adjectiva verbalia in ax---geni.

Is largitionis est capax.

Cujusque rei est rapax.

Est edax præcipuè delitiarum.

Est bibax præsertim dulcis vini.

Est judex rerum capitalium.

Index hujus libri est præposterus.

Is hujus sceleris dux fuit.

Hæc temulentorum compotatricum dux est primaria.

Amplitudinis terrenæ ambitiosus est omnino: divinæ disciplinæ parùm studiosus.

Vul-

Vulgò dicitur, *doctrinæ* ſolertes ut plurimum politicarum, vel agendarũ rerum, non ſunt maximè experti. *Adject. quæ deſiderium, notit. &c.*

Is doli eſt expers, & ſuarum rerum liberalis.

Hæc terra frugum eſt fertilis, lignorum verò ſterilis.

Quiſquis *Græcarum* literarum eſt rudis: is medullitæ, vel meræ Latinitatis expers ſemper erit.

Inſcitiæ meritò reus condemnatur: qui eam linguam non efferat, unde *Latinitas* ipſa, tanquam à fonte, eſt deducta.

Caput iſt illi inſtar mallei, ſapientiæ tamen expers.

☞ Rex *Henricus* ſeptimus fuit princeps luculentiſſimæ memoriæ, *vel* luculentiſſima fuit principis memoria. *Laus & vituper. rei in ablat. vel gen.*

Erat enim princeps magnæ virtutis *vel* magna principis erat virtus.

Quocirca præcipua principis laus viget, *vel* non mediocris laudis decantatur princeps.

Claruit enim princeps, non minùs *corporis* quam *ingenii*, virtute, *vel ſic*, Clara fuit in principe non modò

corporis, ſed etiam animi virtus.

Ad hoc erat vir præſtantis formæ & divini vultûs, *vel ſic*, Præſtans erat viri forma & venuſtiſſimus quidem ejuſdem vultus.

Præterea incredibilis erat principis fortuna: *vel ſic*, Incredibilis fortunæ fuit princeps, adeo ut in eum tam ſurtim conjurari poſſet nihil, quod non brevi, cito *facile*, vel continuó adverteretur, *reſciſceretur* vel in lucem emergeret.

Neque ſilentio præterire poſſum miram ſtructurarum (*vel* ædificiorum) magnitudinem, *vel ſic*, Miræ magnitudinis ſtructuras & (ædificia) & noviſſime & pulcherrimæ *formæ Dædaleæque* artis, ſuo viventis tempore exſtructa.

Tum innumeros ſumptus, ſolennium vel regalium epularum: *vel ſic*, Saliares immenſi ſumptus cœnas, quas ad ſummum tum *ſui* tum totius *regni* honorem exhibuit, in exterorum (& inprimis *Caſtiliæ* regis) occurſu, ubivis *Chriſtianorum* decantatas.

Quis non extollat divinam principis religionem & ſingularem *divini* cultus

cultûs amorem: quæ in ſuis monumentis exſtant? *vel ſic.*

Quis laudibus non efferat, divinæ religionis principem, & ſingularem in eodem *divini* amoris cultum, ut ſua declarant monumenta?

Negare eſt nefas merita ſuorum bonorum operum, non fore immenſa: *vel ſic*, Refragari eſt abſurdum meritorum ſuorum præmia non fore innumera.

Quid prædicem ſancta ſuæ religioſæ providentiæ ſtatua: tam in *Weſtmonaſterio*, quam in *Salvatoris* Hoſpitio, ſuis ſumptibus ſancita: *vel ſic*, Quid commemorem religioſam ſuorum divinorum ſtatuorum conſtitutionem, haud ſecus in *Weſtmonaſterio*, quam in *Salvatoris* eleemoſynario, ſuis impenſis comfirmatam.

Prorſus non dubito, *hunc* frui, ſuæ veræ in *Chriſtum* fidei coronâ in immortali gloria. *vel ſic*, Fideliſſimè ſpero *Chriſtianum* ſuæ coronâ fidei, ſydereâ immortalitate, jamjam præmiatum.

Divina hominum inventa, vel humana (divinitùs) inventa, auream

venam, *vel* aureum ſeculum (cœleſti influxu) jam rediiſſe canunt: *ſive* ſagiunt.

Vera enim eruditionis (vel doctrinæ) cognitio; Cimmeriis tenebris obducta, hominum(vel humanâ induſtriâ) in apertam lucem jam tandem prodiit.

Enucleata *eruditionis* peritia, hiſce merè & non languidè ſtudentibus, præſtantior annulis & vaſis aureis(*vel* ex auro)& aliis(*id genus*) opibus fluxis ducitur.

Quippe cum ditia monilia aurea, (*vel* ex auro) vaſa argentea; (*vel* ex argento) trabeæ purpureæ (*vel* ex purpura)veſtes inauratæ (*vel* ex auri filo intextæ)ſunt detrita aut caſu deperdita, *eruditio* tibi perſtabit.

Probum non decet ſtudentem, tabernas cerviſiarias, & vinarias frequentare.

Dativum poſtulant verba com. cum præ, ad, con, &c.

Cuppam cerviſiæ dummodo bene confectæ & depuratæ, congio vini electiſſimi præfero.

Intactam *vini* ſeriam relevi.

Hic uter vinarius, eſt aliquantulùm mucidus, mucet: *vel* muceſcit, unde

unde adulteratur vinum.

Dolium vini ſuperioris anni, duplato horni, *vel* hornotini vini dolio antefero.

Vinum hujus dolioli eſt leve, quare continuo abſumi debet, diutinũ enim non erit.

Hoc vaſculum vini *Gretici* nondum eſt defæcatum.

Hoc vinum eſt delicati odoris.

Hoc vinum eſt aſperum & tenue.

Hoc vinum langueſcit, vel deficere incipit, *vel* enervũ, *vel* languidũ.

Hoc vinum vappeſcit.

Hoc vinum acet, *vel* eſt acetoſũ.

Eſt vinum adulterinum.

Hoc vinum eſt intenſi coloris.

Vinum remiſſi coloris.

Hoc vinum eſt dilutum.

Hæc vinaria pocula, ſunt *juſto* minutiora.

☞ *Morus* eſt vir divini ingenii, & ſingularis (*vel* egregiæ) eruditionis.

Eſt enim vir multis claris virtutibus (ut faceſſat aſſentatio) qualem haud novi alterum. *Laus & vituper. rei variis modis.*

Ubinam eſt vir (in quo tantæ

coruſcant virtutes) ea benignitate, comitate, ea denique affabilitate.

Tum (ut tempus poſtulat) vir lepidis ſalibus, facetis jocis : Rurſus aliquando maturâ gravitate, *vir*, (ut ita dicam) omnium horarum.

☞ Bovinæ, & ovinæ carnes adeò ſunt caræ, ut denarii obſonium, vix puerum ſaturet, vel unicâ refectione.

Cum *Oxoniæ* ſtudui, ſeptenorum denariorum victu ſingulis hebdomadis ſic ſatis reficiebar.

Pater habet ducentarum librarum merces, domum comportatas hodie.

Compares *nobis* oboli panem, denarii ova, & oboli cerviſiam.

Sunt in noſtra vicina, fuſores campanarii, ſtannarii, plumbarii, ærarii.

Et paulo inferius habitant *ſutores* veſtiarii, *calcearii*, caligarii, *lectarii*, chirothecarii, ſutrices, linteariæ & ſartores, calcearii.

In vico autem ſuperiori ſunt fabri ferrarii, falcarii, ſecarii, cultellarii, armorarii, novacularii, lignarii, rotarii, plauſtrarii, ſerrarii, horologiarii.

In

In angiporto quidem dextrō, textores pannarii, ſtragularii, tapetarii, aulæarii.

Ad diverticulum à læva, videas textrices, bombycinarias, nectrices birrhetarias, textrices, cinctuarias, & nectrices plagiarias, & retiarias.

In urbis medio vel viſceribus luculentiſſimæ, ſunt ſiti acupictores, aurifabri, odorarii, *vel* aromatopolæ, lintearii.

In platea poſteriori (*vel* à tergo) converſantur venditores pannarii, fullones, pannarii, fullones birthetarii, interpolatores veſtiarii, carminatrices, & filatrices.

Et ex adverſo (è diverſo, *vel* è regione) ſunt conſtituti mercatores, piſcatorii, pullarii, *ſive* aviarii, coqui fartores, vinarii, cerviſiarii, cerviſitatores, piſtores, lanii cum aliis cupedinariis.

In urbis exitu, egreſſu *vel* fine, incolitant, acicularii, ligularii, tornatores fibularii, cinctuarii, tinctores, incorticatores coriarii, cum aliis artificibus, qui memoriæ non ſubeunt.

Ad hoc, *operarii*, ut fabri vel ſtructores

ctores murarii, vel cœmentarii, lapicidæ vel latomi, ſtratores lateritii, regularii, litores parietarii, gipſatores parietarii, vitrearii, coaſſatores, anaglyptæ, ſculptores, ſtatuarii, pictores, trituratores, foſſores,

Et paulò citra, cohabitant medici, aliptæ, pharmacopolæ, pilearii, calcographi, bibliopolæ, bibliographi.

Poſtremo *Mimi* incerti (*vel* ſparſim) degunt: ut lyricines, citharœdi, fidicines, tympaniſtæ, tubicines, tibicines, pſaltæ, organiſtæ, gigantores, fiſtulatores, cornicines.

Quæ ſig. ſ. part. temp. in ablat. vel accuſ.

Mancipatus fui arti tinctoriæ, deinde textoriæ, & tandem fullonariæ.

☞ Patria mea vix tridui *vel* triduano itinere, hinc abeſt.

Menſis *vel* menſtruo intervallo ad ſumptum mihi hic egi quare reditum capturio, percupio, *vel* deſidero.

Quodſi nummorum ſatis mihi ſupereſſet: ſi duorum aut trium mentium, (*vel ſic*) bimeſtri, aut trimeſtri ſpatio, hic loci remorarer, parvi penderem.

Uuius anni vel annali peregrinatione, hinc *Hieroſolymam* petens, redii. eſt

Eſt homuncio, vix trium pedum altitudine, *vel* tripedali. *Magnitudinis menſur. ſubjicitur nom. in ablat. vel genit.*

Es craſſior me: palmæ, *vel* palmari latitudine.

Sum altior te pollicis, *vel* pollicari longitudine, ſuperque.

Multa recordor, *vel* memoriâ teneo, quæ trium, & quatuor annorum puer *vel ſic*, trimulus vel quadrimulus puer, feci.

Perinde ſapis adque unius diei, aut duorum dierum puer: *non autem dicis* diurnus puer.

Oratores, *ſive* legati *Gallicani*, cũ maximo honore (quali anteactis temporibus vix uſquam legitur) ſunt acepti. *Quæ ſignif. partem temporis.*

Eodem quoq; modo, *vel* haud ſecus, *oratores* qui ab rege *Caſtiliæ* advenerunt.

Quidam ex nobiliſſimis regni, ſplendidiſſimo ornatu, *iis* obviam ſunt miſſi. *Forma vel modus rei ſubji. ablat. nomin.*

Ad hoc *Prætor* & Senatores majores, primates, vel optimates *urbis*, aut *urbani*, eodem apparatu iis equitârunt obvii.

Operæ pretium, jucundum gra-

tum erat, cernere, aſpicere, videre, contemplari *eos*, urbem ingreſſos, ſuo *quemque* patriæ, *vel* patrio, more luculentiſſime ornatum.

Inſuper *communis*, vulgaris, *vel* gregarius populus *Londinenſis* vicatim *vel* plateatim, eoſdem ſalutatum confluxêre.

In ponte *Londinenſis* vidi tria, aut quatuor capita hominum, *vel* humana, perticis affixa.

In occidentali portâ, *Londinenſi* expoſitus eſt in pertica, hominis *vel* humanus thorax partitus.

E regione dependet hominis *vel* humana coxa cum crure.

Aſpectu mirandum eſt, *vel* aſpicere eſt mirum: pilos capitum decidere, *vel* deciduos, & cartilaginem naſorum tabefactam, *vel* tabidam.

Tum digiti manuum torrefacti, & oſſium tenus hærentes.

Perpetuum eſt documentum univerſæ juventæ, præcavere, ne ſuæ (ipſius) pertinaciæ (plus juſto confidant *vel* ſuam (ipſius) temeritatem inconſulto defendant.

Sua enim ſolius temeritas, ad ignomi-

nominiosum illud exitum eos adegit, & suum exterminium quærere, *vel* ascifcere impulit.

Nemo quidem dolebit ob mortem tuam qui ultro eam quæris, *vel* lacessis, & sine justa causa.

Objiciet enim quivis, id tuo hominis imprudentis factum impetu.

Itaque pro factis *vel* secundum facta æstimabit fama. Quòd si prospera succedant facta id tuâ providi viri prudentiâ contigisse ferent.

Sin minus succedant tua instituta condemnabitur *tua* imperiti viri inscitia.

Multos, frequentes, *vel* complures eorum, inter eos, *vel* ex iis video, qui aliorum opuscula, vitio dare arrogant: Cæterum paucos, imò nullos eorundem, inter eosdem *vel* ex iisdem comperio, qui *suæ* lucubrationis quicquam edunt.

Nom par. titiva, aut part. posita, &c gen.

Aliqui *vel* alii eorum, inter eos, *vel* ex eis, erratum, quod ipsi corrigere ignorant, facile annotabunt, *vel* confingent.

Tum eorum inter illos, *vel* ex iis sunt nonnulli, qui errorem temere halluci-

hallucinabuntur, haud secus, ac sutor ille confidens, *vel* impudens qui pictorem *Apellam*, carpere, insimulare, & reprehendere est ausus.

Quòd si quis, quipiam, quisquam *vel* ullus illorum inter illos, *vel* ex illis, censuram aliorum corrigendorum usurparet, prius discat, *vel* sua edere, foret æquum.

At *vulgò* fertur, *mendicorum* inter eos, *vel* ex eis *quilibet*, alteri dexteritatem invidet.

Ecquis obtrectatorum, inter obtrectatores, *vel* ex detrectatoribus, (quisquis horum, inter hos *vel* ex eis) sit, qui coram *authore* (saltem) ringere audet.

Veruntamen clanculum *vel* clam qui doctiores (ac potiùs) doctissimi eorum, inter eos, *vel* ex eis videntur sibi: vicem *canis* pernoctis *Lunæ* facem allatrantis suscipiunt.

Rarissimè cernitur similis paternæ probitatis soboles—Vix *testiculi vena ulla paterni.*——

Non pauci vultu *patri* similes conspiciuntur, qui tamen ejus prorsus dissimiles sut moribus.

Ni-

Nimirum vulgatum (*vel* tritum) eſt dictum, *proba frequentur vacca vitulum parit improbum*,

Quod in omnium eſt ore, veri haud eſt diſſimile.

Quantumvis tuarum rerum (*vel* de tuis rebus) certus ſis, futurorum tamen cauſam, *vel* de futuris caſibus dubius eſſe non importunum, *vel* inconſultum eſt. *Adjectiva quæ deſiderium, notitiam, memor. &c.*

Novi hominem antehac qui ſui inſtituti, *vel* de inſtituto, ſe ſecurum jactitavit: ſubita tamen reflavit fortuna, adeò ut ſuæ vicis, *vel* de vice, ſolicitus eſſet.

Summum homini eſt ſolatium qui licet fluxarum opum ſit egenus, indignus, *vel* inops, virtutis tamen, aut eruditionis eſt dives *vel* locuples. *Adjectiva quæ ad copi. egeſtat. &c.*

Quippe (quod *vulgò* cernitur) virtus & eruditio complures fortunæ pauperes agrorum, *vel* agris divites vel opulentos, reddunt tandem. *Adjectivum in neutro genere abſolutè poſit. gen. poſt.*

Quantumlibet divitiarum habeas unâ quidem horulâ, caſu depердas prorſus.

Si vero *eruditionis* quicquam ſit illi, opibus licèt exhauſtis, victum tamen.

tamen ſibi acquirat.

Sin eruditionis nihil habeat: paululum victûs exſpectet, ni aut petat, aut deprædetur.

Avaritiæ *ſacra fames*, rerum ita avidum reddit, quemquam ut divitiarum ſatis ſe habiturum diffidat.

Adeò ut multi, ubi rerum multum & plus quàm honeſtè conſument iis abundat, mentiantur ſe parûm, imò nihil opum habere.

Adjectiva quibus commonum aut incommod. voluptas, &c. Dativ.

Avaro gratus *vel* acceptus venit nemo, niſi commodus aut frugifer ſibi veniat.

Quod ſi incommodus ei *aut* ſumptuoſus accedas, peſtifer, moleſtus, injucundus eſt ſibi adventus tuus.

Quantumvis ſanguine ſibi propinquus *vel* proximus: aut vicinitate eidem quantumlibet conjunctus, contiguus *vel* finitimus ſis: non congrua, conformis, aut conſona animo eſt tua familiaritas; ſi advenias vacuus.

Verba in bilis, ut & par. in dus.

Quid iſtà execrabile cuiquam, ut peſtifera hæc cupiditas, quæ hominem ſtercoratis opibus ſubditum reddit?

Et interdiu & noctu affert varios caſus animo formidoloſos.

Avarus ultro hâc non gradietur quâ notus obvius fiat, qui ſumptuum eſt tenax.

Verùm ſe ſubducet per angiportum aut circuitum, paucis aut nullis pervium.

Liberalis homo *vel* liberalitas, utile vel utilitati ſibi judicat nihil, niſi eidem honeſtum vel honeſtati accedat.

Nefanda eſt illa privata utilitas quæ impoſterum cuique turpis, *vel* turpitudini emergat.

Quanquam turpis ea utilitas primâ fronte dulcis, grata (aut delectabilis) *vel* dulcior tibi videatur, cùm tamen moleſta, acerba *vel* moleſtiæ & acerbitati tibi evadat tandem, eam vilipendo—

Jure igitur cenſeatur & liberalis & prudens, qui non minùs honeſtatem ſibi *quàm* utilitatem penſitat.

Cæterum ſcelerata ea cupiditas pleroſque homines adeò faſcinat, nè multi, qui ſecus ſapiunt vitia ſibi advertant...

Vir.

Natus commodus, incommod. in accusat. Exosus, perosus, pertasus.

Vir prudens ad cujusq; generis societatem aptus est, *vel* ad quorumvis conjunctionem est idoneus.

Morosus, quemvis suo animo non morigerum prorsus est osus.

Ideóq; rident eum, & conversationem ejusdem sunt exosi, *vel* perosi omnes.

Adjectiva quæ ad copiam, egestatem, gen vel ablat.

Fatuus verbis adeò turgidus est: ut omnia animi secreta ebulliat, *vel* effutiat.

Prudens verò affectione vacuus: tacitus aurem præbet, & rem in maturum tempus differet.

Prudens igitur emergit amplis honoribus, ubi improvidus exspectatione viduus abscedit.

Ubi pectus superbiâ est tumidum, lingua multiloquii est plena, *vel* referta.

Prudens cum fortunæ saturitate, *vel* de saturitate, est refertus, tum maximè est modestus & solicitus quâ ratione sui affectus elationum, *sive* ab elationibus, est vacuus.—

Opus & usus abl at exigunt.

Quo altiùs quisquam ascendit, eò oculatiori vigilantia opus est sibi. Quippe si manus aut pes deficiat, in præceps ruit. Idcir-

Idcircò eſt laude, laudis, *vel* laudari dignus: *vel* non indignus, qui moderantiam ubivis obſervat. *Dignus, indignus, ablat.*

Haud facilè dixerem utrum reprehenſionis, reprehenſione, *vel* reprehendi eſt dignior, ſuarum rerum nimium prodigus, quàm avarus.

Utrumq; vitium eſt extremum, avarus tamen à virtute (quæ eſt in medio) multo longior prodigo, *vel* quàm prodigus, videtur.

Avarus Reipublicæ eſt incommodior prodigo; *vel* quàm prodigus; nam ex prodigo commodum capiunt aliqui.

Avarus omnibus eſt ingratus, & ſibi ipſi omnium ingratiſſimus.

Igitur macte virtute, *mi puer*, eſto vilitatem & turpitudinem vitii contemplans.

Ab indecoro, *mi puer*, alienus vel longinquus (tanquam à ſcopulo marino) fugias.

Tum (vel ſic) vivas liber à curis & conſcientiæ verme, & otioſus, *vel* tranquillus ab animo.

Finis ſecundæ partis.

Tertia

Tertia pars de Conſtructione Verborum.

Verba ſubſtantiva. Sum forem, fio, exiſto, nom. Verba item paſſiva

HIc probus eſt, & juſtus homo, qui neque favore, neq; odio, timore, aut ſpe; â juſtitia inclinat uſpiam, imò *erecto* animo conſtat.

Quot tamen ex *juriſperitis*, inveniuntur juſti & æqui *judices*, aut comperiuntur fideles *advocati* clientibus, quos non jugulet *pecunia*?

Item verba geſtus, &c.

Dum copioſa ſupereſt pecunia, tecum in pedes ibunt & conſiſtent pugiles; at conſumptâ *pecuniâ* ſedeas vel quieſcas ſolus vel derelictus miſer.

Denique omnia ferè verba—— nom. Adjectivi nominis.

Viváſne, an moriare mendicus (amiſſo jure) nihili pendunt *illi* alias res agunt.

Olim vir extitiſti, & rurſus fores idem, dummodo tibi eſſent opes.

Quicunq; perſtat, perſiſtit, manet, *vel* perſeverat vir juſtus, immoratalitate (abſq; dubio) fruetur.

Sum gen. poſt. quod ſignificat. poſſeſſi, &c.

Hujus opinionis ſemper fui, ut neminem *juſtum* cenſeam, cujus facta dictis non conveniunt.

Is eſt invictâ animi fortitudine, qui

qui in omni fortuna ſibi conſtat.

Laus magnanimitatis non tantùm reſtat in eo, qui eſt magnâ corporis virtute, ſed in eo, demum, qui animi adverſitatibus dominatur. *Laus & vituper. inablat.*

Quippe qui cantatiſſimâ fuerunt victoriâ, *Jaſon*, *Achilles*, *Hercules*, & *Alexander*, qui tamen animi libidinibus moderari non valerent, infigni notantur eſſe infamiâ, ut qui muliebri ſervitio ſubjugati.

Quicunque alterius non miſeretur, erit illi juſtitia ſine miſericordia. *Satago, miſereor, miſereſco, genit.*

Eâdem quippe menſurâ (ut *ſacræ* produnt *literæ*) quâ menſi fueritis, remetietur vobis.

Unuſquiſq; in poſtremo obitu ſuarum rerum ſataget; ſibi miſericordiam vociferans; ut in moribundis crebrò cernitur.

Verûm *magnates*, qui ſummâ ſunt potentia harum admonitiones (*vel* has admonitiones) obliviſcuntur: qui ſuæ ipſius fragilitatis (fragilitatem) mortiſque inexorabilis, haud reminiſcuntur.

Quis eorum (*vel* eis) miſerebitur,

ſi

ſi miſerationis (*vel* miſeratione) indigeant.

Reminiſcor obliviſcor; recordor, memini, genit. aut accuſ.

Multi illius (*vel* illum) recordabuntur, miſericordiam animæ exoptantes qui hac in luce miſericordiarum *vel* miſericordias meminit.

Sacrum meminit eloquium eorum (eos *vel* de iis) qui opera miſericordiæ non recordantur, quam acerbam in eos ſententiam (in illo calamitatis die) laturus eſt *Deus*.

Omnia verba acquiſit. poſita dat.

Cum fortunæ nimium præcox (cita *vel* præceps) tibi alludit (arridet, accedit *vel* accreſcit) diutina (plerumque) tibi non perſtabit.

☞ Compertum eſt, *hortenſes* flores (quale eſt *lilium*) brevi oculis omnium, vel omnibus intuentibus, ad miram altitudinem adoleſcere, ſubitò marceſcentes & cadivos.

Itaq; præcoces, *vel* præmaturi, fructus tibi, pro tempore voluptati, *vel* ad voluptatem, accedunt; at eorum tempus præceps evaneſcit, *vel* dilabitur.

Dativus acquiſitivè

Videmus quanto præcipitio, *mercatoribus*, cauſidicis, & id genus aliis, quibus *cæca* alludit *fortuna*, confluunt opes.

Horæ

Horæ tamen momento aut dilabuntur, aut vix tertio hæredi manent, *vel* reſtant, niſi magno ſibi incommodo, *vel* detrimento, *vel* ad, *aut* in detrimentum ſibi, alioquin ad, *vel* in, exterminium *ſibi.*

Hoc eſſet ſapientiſſimo cuiq; documento, præcipiti utilitati recordandæ, *vel* ad utilitatem recordandã. *Sum cum multis aliis gemin. ad. ſciſcit. dativ.*------

☞ In *regis* curiâ, cuicunq; eſt *munus*, ſibi opus eſſe perſpicio, ut oculatiſſimè ſeſe moderetur. *Eſt pro habio dat.*

Imprimis ſtudeat quibuſcunq; eſt congruere, aſtu aſſentire, diligenter ſamulari, & in horas inſervire,

Ad hoc, cuicunq; occurrit, humaniſſimè hunc ſalutare; ubi ei imperat *major*, paratiſſimus; familiari indigo ſuppetias ferre non ingratus.

Quicquid audiat aut videat linguæ, *vel* linguam moderari habet, ſic multis incommodis, vel multa incommoda, medebitur. *Verba imperand. &c*

Tum maximè precaveat, nè cuivis ſuadeat, vel diſſuadeat quicquã, niſi probabile, sicq; omnibus *morem gerens* paucis diſplicebit. *Verba obſequendi, &c.*

Itaque ſi ſtudiis hominum obſequens

quens, aliorum dictis non pertinaciter insulter, ei amicantes omnes, inimicabuntur pauciſſimi.

Verba mi. nandi & iraſ. &c.

Quod ſi eum lædat (*vel* offendat) quiſpiam, non jamjam ſibi (*vel* ſecum) iraſci debet, acerbis conviciis vultuque rugoſo ſecum ſtomachari offendens, imò modeſte cum ipſo expoſtulare injuriam.

Dativ. poſt. verba compoſita cum pre, ad, con. &c.

Tum ſicubi obſonio debito defraudetur, aut cubili, magiſtratibus (*vel* cum magiſtratibus) non contendat (*vel* convicietur) imo blanditiis eiſdem (*vel* cum eiſdem) congrediatur, ut aliàs favorem captet.

Sicque illis (*vel* cum illis) ſeſe amicitiâ conjungat: & ſui deſideri compos fiet, ubi alii impotes, *vel* expertes erunt.

Præterea *magiſtratus*, ſi eorum amicitiæ (*vel* in eorum amicitia) aſſidue inhærere cogitet: aliquando donatos (*vel* præmiatos) curet neceſſum eſt.

Cum nullo certet (*vel* contendat) niſi *beneficiis*, ut eum vincat, aut *virtute*.

Tum vigilet ne *majoribus* ſe præponat

ponat: quamvis eis (*vel* eos) anteeat, quamvis virtute. Imò ſubmiſſe iſdem cedat, *vel* ſuccumbat.

Qui in *curiâ*, ſui (*vel* ſibi) *vel* (in ſuos affectus) *vel* (in ſuis affectibus) dominari recte nôrit, ubicunque gentiũ agere contingat: nè curet, *Verba imperandi &c.*

Ut brevis fiam, *paucis abſolvam*, in pauca conferam. *brevi concludam*, vel *ad pauca redeam*, Curia (*ut ita dicam*) eſt monſtrum multorum capitum; ipſo *Argo* oculatior; tot ſurrigit *aures* tot *linguas* referat, quot fama volans *vel*, alata.

☞ Plurimam ſalutem vobis impertio, mei (ad unũ) commilitones. *Scholaſticæ ſermocinationes.*

Plurimâ ſalute vos impertio mei pariter) condiſcipuli.

Avete, ſalvete, ſalvi ſitis, vos jubeo ſalvere. *Hæc variam habent conſtructionem, &c.*

Gratus eſt adventus.

Aſſidens, locum mature capeſſe, capeſſito, *vel* capeſſas. *Verba tranſitiva accuſativum.*

Cedite, *vel* amovete, *vel* amolimini parumper, *vos* deſidero, ut locum capiam.

☞ Noſtrorum libellorum uſum poſthac) interdico tibi.

Eos

At ex his quædam, cum aliis casibus. &c.

Eos enim oblinis, & obliteras in morem atramentosi sertoris.

Erras *vel* falleris, imò mihi eorum fructum invides, profectò parem vicem reddam.

Verba rogandi, docendi, vestiendi, duplicem reg. accusat.

☞ Audi *Condiscipule*, audito, audias *me*, memoriter recitantem partem, carmina, regulam, materiam latinam.

Hic intermittas, erras enim.

☞ *Si* male legam, admoneto me.

Metuo, timeo, formido------ accusat. vel dativ.

Adeò formido (*vel* metuo præceptorem) ut totus tremam, horream q;.

Hanc sententiam non intelligo, (*vel* sentio) *oro* igitur ut *eam* mihi declares.

Passivis additur ablat. ag. anteced. præpositi.

A me *vel* mihi (quoad scio) edocebere.

Omniá-ne tibi (*vel* abs te) scripta sunt *vulgaria*, quæ à præceptore nobis hodierno mane fuerunt tradita?

Omnia quidem à *me* (vel *mihi*) sunt literis mandata.

Vapulo, væneo, exulo------ ablat.

☞ A præceptore (*vel* præceptori) exulârunt aliquot *perditi*, qui ab eo (*vel* ei) vapulare repugnant.

Paululo

Paululo ab eis (*vel* iis) vænivit, *illius* gratiâ, & à ſua protervitate facti ſunt ſtulti.

☞ Præceptoris *filia*, mihi invitiſſimo nupſit, *vel* nupta eſt hodiè.

Mihi adeò aſpera & acerba videtur conjux, ut ſi ardentibus prunis cremaretur, nihili penderem.

Sic *me* complectitur (*vel* al. ſic ab *ea* complector) ut veſtigia (diu poſt) natibus inhærent.

☞ Taceto, *Præceptor* introivit (*vel* ingreſſus eſt) gymnaſium.

Perinde gratus advenit *multis* inter nos, atq; *fluctus* in *navem*.

Fabricabo (*vel* moliar) inſidias *illi* inſcienti, quamvis *Argo* ſit oculatior.

Dum *is* interpretatur *Ciceronianam* lectiunculam, *vel* dum *Ciceroniana* lectiuncula ab eo interpretatur, aſtu hinc *me* ſubducam.

Verba tranſitiva, accuſativ. Quinetiam verba, quamlibet alioqui in tranſitiva &c. accuſ.

☞ Ubi hæ duæ lineæ exarentur, hinc abeo.

Haud ſecus diſciplinam hodie inardeſco, ac *lepus tympanum*.

Invito animo hodie literis incumbo, tum quia ſupplicium paveſco.

Sunt quæ figuratè accuſ. habent.

Quinetia verba qualibet accuſ. admit. cognatæ ſignif. Verba rog. &c. accuſ.

Si mei juris eſſem, hoc tam grato die *Bacchanalia* viverem.

☞ Heri doloſum *præceptori* ludum luſi, quocirca aſperum *canticum* hodie canere *me* edocuit.

Curriculum (*vel* curſum) currere me fecit, adeò ut ſanguineum ſudorem deſudent nates.

Quò obnixiùs *eum* veniam poſtulavi, eò graviùs inflixit ſupplicium.

Documentum me edocuit, *cujus* recordabor dum vivam.

☞ Rem abditam te docerem, ſi eam cæteros celare velis.

Nihil à *me* rogare potes (ſaltem æquũ) quin id à *me* neceſſariò exores.

☞ Præceptor *me* nudatum ſic deverberavit, nè veſtibus *me* exuere aut induere valerem.

Oro ut hanc rem illum & cæteros omnes celes. *vel ſic*, Oro ut hanc rem illi & cæteris celes. *vel ſic*, Oro hanc rem illo, *vel* de illo celes, *vel* oro illũ de hac re & cæteros celes omnes: *nam ſi palam fiat, ego pereo funditus.*

Imprimis verba ſign. commodum &c. dativ.

Nihil ad rem reſpondes mihi.

Literas ſcripſi tibi (*vel* ad te) at reſponſum mihi (*vel* ad me) miſiſti nullum,

nullum, neque literis neque verbis.

Tam duriter hominem tractavi ne verbum quidem mihi (*vel* ad me) adjiceret amplius.

Me postea compellare, convenire, affari, *vel* alloqui, prorsus non audebat.

☞ Unus sublegit pennario (*vel* è pennario) pennas ad unum, oro igitur mutuato mihi pennam.

Quædam accipiendi distandi— ablat. vel dativ.

Ego majus malem accepi, cincto enim, vel è cincto, detraxit unus pennariis, unà cum atramentario cornu.

☞ *S*pondeo te nunquam *studioso* scholastico damnum illaturum, nisi cum libris privaveris.

☞ Quis hoc, ineptiùs quàm tu diceret? nescio. Facilius enim *Ciceronem* facundiâ abdicabis, quàm probus Latinus evadas.

Innata est *tibi* indocilitas, quare re ingenitâ, te exhæredare (vel *orbare*) iniquum foret.

Scitè sane dictum, *Citiùs medullam à ligone expellas*, quàm tria vocabula proba è fronte tua.

Complures, paululum *voluntatis* suæ multo *lucro* præponunt, præferunt,

Dativum postulant verba composit. cum præ, ad, con, sub, &c.

runt, *vel* anteponunt, in quibus unus es ipse.

☞ Studiosus adolescens vanis oblectamentis eruditionem antecapere solet.

Multis *me* eruditionibus præcurri, meâ laboriosâ industria.

Est mihi præcipuæ voluptati, cùm *eas* mihi succumbere respicio.

Si erravero reddendo, legendo, *vel* pronunciando, *me* errati (*vel* de errato) admoneas quæso.

Verba accus. damnandi, monendi --- gen.

Si me vernaculæ linguæ (vernacula lingua, *vel* de vernacula lingua) accusaveris; condemnabo te rursus pugnæ, pugnâ, *vel* de pugna, in præceptoris absentia; *par* pari referto.

Verba æstimandi-- Flocci, nauci --- Quibuslibet verbis subjicitur nomen pretii in ablat.

Pluris te insimulari novi quàm opinaris, *vel* opinione tua.

Flocci pendo, quanti *me* condemnes; non minoris enim te damnabo.

Emas benevolentiam paululo ubivis locorum, quantam ex querimoniis concilies.

Excip. hi genitivi, tanti, quanti, pluris --- &c.

Lucrum quod ex hac re capies, quadrante non valet.

Quantivis enim (*vel* quantilibet quanticunque) fructus hinc valent, illinc

istinc pluris erit jactura.

Tua tantidem (& pluris opinor) constiterunt quàm ea venundabis.

Qui minori pretio venundat, quàm comparat: mirum est si rem faciat (*vel* lucrum faciat) uspiam.

Qui lucrari cupit, merces duplo pluris æstimare debet, (quod *Londinenses* factitant) qua venundet. *Verba æsti. gen. gaud.*

Minimi, imò nauci, *ant* nihilo pendo *eum*, qui merces suas non maximi faciat.

Tace (*vel* quiesce) sodes, clamore enim aures imples.

Si clamorem perpeti non possis, vel panniculo auriculas infercito. *Verba abundandi, implendi, &c. ablat. vel genit.*

Tua petulans & neoterica pronunciatio *Italica*: delicatas, *vel* prurientes aures mirâ pascit mulcedine.

Cùm omnis natio suam amplitudine magnificat (*vel* ditat) linguam, quare nostram eadem non dignamur, cum omnis (præter *Hebræam*) loquela, confusioni succumbit.

Si *me* semel ab hac provinciâ, solvam, *liberem*, expediam, nunquam denuò similem in *me* suscipiam.

Nutuunius *digituli* onus tibi ascisas,

Præpoſ. in compoſitione eundem quem extra compoſ. reg.

ciſcas, quod *utraq;* manu, abs te haud amoveas.

Scitum eſt igitur: ut *ab pœnitentia*, poſterâ *tete* contineas.

☞ Abſtineto ſordidulas manus à libro, multo malo.

Mihi manus, tuis, munditiâ non cedunt.

Manus tuæ, *ipſas*, ad illinendum parietem magis idoneas, quàm ut librum evolvant, judico.

Tuæ munditiæ, *ejus* ſpecimen mirentur omnes.

Tuo cultui, *ipſi* vah objiciant univerſi.

Culturam eam laudabit unuſquiſque.

Bone *vir*, plus bonorum morum vidiſſe quàm edidiciſſe videris.

Exclamantis-nam. voc. utor, fungor, fruor, ablat.

Bonis moribus quiſnam iis minùs ac tu utitur: haud ſcio, licet te coram, *illud* prædicem.

☞ Ova frixa cum petaſone quibus veſcebar in jentaculo, eructare *me* faciunt.

E. At *tu patérq; tuus*, niſi hoc cautè *proſpexeritis*, ambo fallemini: Malis enim hominibus aſſuefcere à teneris annis, *optima* ſæpè perdit *ingenia.*

G. Non meminiſti quid cecinit *Cato noſter?*

Stultitiam ſimulare loco prudentiæ ſumma eſt.

Et aperti ſermones, animi imprudentis *cenſentur* indicium.

E. Nîl niſi *facetiæ ſunt (Georgi)* quæcunque loqueris. Dic mihi ſeriò, *multúmq; conſuetudinis* tibi cum iſto viro interceſſit?

G. Nihil te celabo *(Edovarde)* qui mihi multis nominibus diligendus es. Ego & frater meus *natu* maximus, *felices eramus*, qui hujus viri conſuetudinem experti ſumus, *quo* neminem novi *prudentiorem*, nec *majoris pietatis alterum:* habet itidem *uxorem mulierem* pulcherrimam, & modeſtiſſimam *matronam.*

E. Num *aliquos genuit liberos?*

G. Hæc illius uxor, *unicum* illi *filium: binaſq; filias* peperit: *quos* omnes, *feliciſſimo ingenio, optimæq; indolis eſſe prædicant.*

E. Perbeata quidem eſt *ſua* hæc *conditio quem* Deus tantis opibus locupletavit. Sed heus, *tu* mihi factus obviam meo itineri, hac garrulitate tuâ, impedimento fuiſti.

G. Quot tu, *mille paſſus*, Progreſſurus es?

E. Non multa ſtadia procurram ſpero.

ſpero. Noſtíne *vicum quod macellum* appellatur?

G. Quid ni noverim? Conſignato *tibi* eas ædes, in quibus *pabulum* conſervatur *Equabus*, mulabúſq; *Regiis*: hinc ad *Divi Pauli* venies: poſtcà cùm ad proximum diverticulum proceſſeris, ad *lævam* converſus in propinquo erit locus *quem quæris*. Sed *quid* illîc tibi *negotii* eſt.

E. Tale eſt profecto quale minimè vellem. *Vado* accerſitum *medicum*. Ægrotat non ſine *mortis periculo* (quod *Deus* avertat) *frater Johannes*: & eum *diris* vexari *cruciatibus audito*, magnum cepi dolorem.

G. Ego non ignoro, quibus illi *opus* eſt *medicamentis*. *Multum edit*: *frequens dormit*: *abundè potat*: *quæ omnia ſunt* corpori inimica.

E. Ego tecum ſentio: *obſequar* tamen patris *mandato*. Et medicum accerſam, ut fratris vitæ conſulam. Vale.

DIALOG. II.

DIALOG. II.

De Adjectivorum & Pronominum Conſtructione.

Andreas, Petrus, Henricus.

Dialogus ſecundus.

QUid eſt, quod te angat animi (mi *Petre*?) ſtas enim *dubius mentis*, veluti & *temporis* & ſui ipſius *immemor*: *ludi avidus* eſſe ſolebas; fortaſsé te *arcus* & *calami*, (*quæ* dudum fregeras) dolore *afficiunt.*

P. Nihil minus (*Andræa*) Ego jam ludi *deſiderio ſatur*, bonarum *literarum* ſum *cupidiſſimus*. Nec ſum ita *mentis inops*, ut armorſi ludicrorum amiſſio, ſit *mihi moleſta.*

A. Præſtat ſerò ſapere, quàm nunquam. Quid igitur *vultu* tam triſti *incedis?*

P. Hæc me cura remordes, & acriter pungit; quòd *mihi* parentes meos *iratos* audiverim, *meq;* à ſcholâ ad mercaturam quàm primùm fore avocandum: *quarum* rerum *utram* minùs velim, non facilè poſſum exſtimare.

A. Itáne *expers es conſilii*, ita *mente captus*,

captus, quòd ista audiveris? Nihil *famâ mendacius*, acerrimâ *reprehensione dignus* es, téque *ignavo* esse *animo* ostendis, qui verborum *sonitu timidus*, & tam inani venti *flatu exanimis* factus es.

P. Ego te vereor, *animi* nimiùm *audacem*; quem nullo *metu pavidum* unquam adverti.

A. Bono sis *animo*. Tempus *edax rerum*, & parentes tui non adeò difficili *præditi* sunt *ingenio*, quin *delicti* tam levis, citò futuri sunt *immemores*, aut *facillima tibi*, apud eos, erit *culpæ* deprecatio.

P. O *mihi* omnium *condiscipulorum amicissime!* Nemo *tibi* in amore *secundus*, dulcis ac *jucundus* es omnibus *amicis*, & *utilis* omnibus *condiscipulis*. Quis *tui similis* ingenio, quis *tibi par* voluntate.

A. Imò tu potiùs, hac *commendatione dignus* es (*Petro*) qui *mihi* benevolentiâ *frater*, *præceptor*, *consiliis* sæpissimè extitisti, non est *ullus amicorum* te *mihi charior*, vel voluntate, vel amore. Sed hem, *frater* adest, *imago tui* dulcissima.

P. Eho-

P. Ehodum (*Henrice*) *quem quæris?*

H. Teipſum, meum germanum fratrem; *mihi*, naturâ animóq; *conjunctiſſimum.*

P. Tu, ex tuo ipſius animo hanc conjecturam facis, de *meo ſolius* (inter reliquos *fratres*) in te amore.

H. Imò *cuiquam fratrum* reliquorum, ſatis *innoteſcit* mutuus *noſter amborum* amor.

P. Sed quis te quæſo huc miſit?

H. Pater duorum enim *librorum* quos habet Bibliopola venales, ejuſdem argumenti, vult te *præſtantiorem* eligere.

P. At *cujus* eſt *liber* iſte?

H. Meus, aut *Patris*, qui pretium perſolvit.

P. Quanti venit?

H. Tribus *ſolidis.*

P. Quis tibi vendidit?

H. Mercator vicinus noſter.

P. Hîc liber *craſſus* eſt quatuor (*credo*) *pollices*, *latus palmis duabus*, *longus pedem integrum.*

H. At ille alter *iſto craſſior*, eſt duobus *pollicibus.*

A. Longior *palmâ. Tanto* fortaſſe *carior*

earior erit, *quanto* eſt major: at id *neutri veſtrûm* curæ eſt; *quibus* pater *eſt ægris* abundè *dives*, *nummiſq; locupletiſſimus*.

P. Anne tu ipſe malis, *divitiis* vel *literis dives* eſſe?

A. Ego, & *divitias*, & *literas*, *hominibus utiles* eſſe cenſeor; *illas*, ut homo *ſe vitamq;* ſuam tueatur; *has* ut mentem excolat, & *mores* ad virtutem componat.

H. Rectè judicas, ni fallor: ſed *nobis* hinc *properandum* eſt. Vale, *nobis*, utriſq; plurimum *diligende*; (Andrea.)

A. Vos valete *mibi* quoq; multum *amabiles*, optimi adoleſcentuli.

DIALOG. III.

De Conſtructione Verborum Perſonalium & Gerundiorum.

Thomas. Philippus.

Dialogus tertius.

T. Quid rei eſt, quod ita *incedis erectus* (Philippe) ſublimi ſpectans?

P. Hanc ſpecioſam *machinam* intueor.

tueor, *quod cœlum* nuncupatur.

T. Hoc etiam *Aſtronomia ſtudioſi* frequentes faciunt.

P. Aſtrum illud, *quæ Venus* appellatur, multo plus lucet quam reliqua.

T. Hem! nobiſne velles *Aſtronomus* quiſpiam *videri?* Extremæ *eſt dementiæ*, id te tuo *congerrôni ſuadere* conari, qui nè *teruntii* quidem *æſtimabit* illam tuam oſtentationem, ſed te *ſtultitiæ* potiùs *incuſabit.*

P. Tempeſtivè *me errati admones*; ſed cave dum hujus *muneris* rectè ſatis *recorderis*, rectéq; *conſulas amico*, qui *conſilii indigeat*, *res* tuas *obliviſcaris*, *quarum* primùm *meminiſſe* oportuerit. *Nequicquam ſapit*, qui *ſibi non ſapit:*

T. Sapientiâ tuâ *potiare*: ego *medicinâ* tuâ non *egeo*, neq; *incuriæ*, vel inanis *officii accuſandus* ſum, vel *horum altero* nedum *utroque*, qui *ea de re*, *te admonendum* eſſe cenſui, quæ *maximâ* plurimos *aſperſit labe*: *æqui* beniq; *conſuleres* hanc meam in te voluntatem, neq; tu *nihili penderes* aut flocci faceres, hunc amici tui animum.

P. Miſe-

P. *Miſercor tui*, profectò, qui cùm *rerum* tuarum *ſatagis*, rerum tamen alienarum *ſtudio* ita *incumbas*, ut ea negligas, quæ & tuæ *conditioni* magis *conducerent* & *utilitati* tuæ magis *inſervirent.*

T. Noli (*Philippi*) hunc ſermonem nimis urgere, *moderare tibi* tandem: ego enim *iræ* meæ *imperare* nequeo, quin ſi pergas me *onerare contumeliis*, aut *verbis*, aut *verberibus*, par *pari referam.*

P. Sis bonus ô felixq; tuis: *Belluinum eſt* non humanum, (nedum *tuum eſſe* credas) iſto ulciſcendi genere, injuriam illatam propulſare. At vires *mihi* non *ſuppetunt*, quæ ſi *ad impetus* illos tuos *comparentur*, æque erit ac ſi culex ſe *bovi adæquaverit. Parce* igitur *muri*, Leo invicte (quæſo.)

T. Siccine ſoles *homini* tibi indignanti *ſatisfacere*, ut cum verbera *tibi minetur*, *illi* palàm *irrides*? *Metue* huic *animo* tuo, nè *viribus* hiſce nimium *confidas*: at id alteri ſæpe quis *vitio vertit*, quod ſperat *ſibi laudi fore.*

P. Fiat igitur periculum (ſi ita libet

bet) an ea *ſit tibi* virtus, quæ me *imbecillitati tam* longo intervallo *antecellat.*

T. Apagè te, qui *animum induxti* tuum, *mecum* hoc pacto *decertare.* Quantò præſtaret, *Terentiano militi auſcultare*, qui omnia *conſiliis* prius quàm *armis experiri* malit?

P. Papæ *quanti eſt* ſapere? nihil ergò *nobis ſuccenſes* (optimè *Thoma.*)

T. Agamus ſeriò tandem (*Philippe*) amotis jocis: uterq; noſtrûm *verbis diſceptemus*, à verberibus procul abſcedamus. Nôſti præceptorem *monitori imperâſſe*, omnia *illi* condiſcipulorum crimina ut *deferat. Nobiſq;* eſt *pollicitus*, reum non impunè laturum. Neq; *ſolius* præceptoris metu, ſed odio flagitii, *ſcelere abſtinent* generoſi animi.

P. Meritò te ſemper amavi (mi *Thoma*) præclarè enim cecinit *Horatius.*

Oderunt, *peccare* boni *virtutis amore.*
Oderunt peccare mali *formidine* pœnæ.
Sed hoc *ſermone ſuperſedebimus.*

Accepi

cepi dudum à quodam *familiari* meo, affinem tuum *Georgium*, Avunculo *tuo* (qui dudum *mortem obiit* repentinam) hæredem esse factum; *tantiq;* his paucis diebus *emisse* domum, *quanti* vix crederes.

T. Emit (ut audio) *pluris* quam valeat, *Ducentis* (ut aiunt) *libris*: sed is *pecuniâ* non *indiget*; utinam ita *virtute abundaret*: faxitq; Deus, ut boni viri *officio fungatur*, & sobriè discat illis *uti bonis*, *quorum*, Dei beneficio, potitur.

P. Lautè dicitur *advenas* quoscunq; excipere fine discrimine; omnesque apud illum.

Implentur veteris Bacchi pinguisque ferinæ.

Malim ego potiùs hujusmodi, *vitam vivere*, ut *eum* boni viri *laude* & *honore prosequantur*, quòd *de republica* bene *meritus* sit. Utinam *exoneret* se *epulonibus* illis & *egenis* plura *largiatur*: quod ab aliis video liberalissimè fieri, quos ille *divitis* & *dignitate* longè *superat*.

T. Mentis desipiet penitùs, nisi se illis *expediat nebulonibus*.

P. Equi-

P. Equidem ſpero (*duce & auſpice Chriſto*) multò conſultiùs *Senatores* noſtros *in illam* hominum *fæcem animadverſuros*, à *quibus* nemo *laudatur*, niſi qui *virtute exulat*; *quibuſq; pudori* non *eſt*, ea coram omnibus gloriari intrepidè, quæ *viro bono* nè *cogitanda* quidem exiſtimo.

T. Vah putidos illos heluones, qui ſemper *vinum redolent*, & lippos *rubent ocellos*; an quenquam hominum *iſtos* ſuâ *menſa dignari?* Nemo ſanè, qui ullo *ſtudio* ſuam exiſtimationem *tuendi* commovetur; At utinam profectò tam eſſemus cupidi, *ea præſtandi* quæ ſacras *literas legendo* quotidiè diſcimus, quàm ſumus (plerunq;) defeſſi, *audiendo ea* quæ nobis *factu eſſent utiliſſima.*

P. Hem (*Thoma*) *ſatìs* eſt *verborum!* nos jam *in ambulando* horam integram conſumpſimus: matutè *nobis* domum *recurrendum* eſt, *nè* tempus *ad ſtudendum* deſtinatum admittamus. Nam etſi nihil eſt verendum, nè *à præceptore vapulemur*; non tamen ita debemus in *voluptatibus noſtris fovendis* otiari, ut

interim *ſecuri* ſimus optimarum *artium adipiſcendarum.*

P. Non *eſt* adhuc *pulſatum* (Philippe.) *Ibimus domum*, *petitum* libros? & *inter eundum*, meditabimur *quæ nobis* hodierno die ſunt reddenda.

DIALOG. IV.

Regulæ de tempore & loco; de loci ſpatio; Impersonalibus, Participiis, *Adverbiis.*

Philippus. Leonardus.

Dialogus quartus.

P. GRatulor tibi reditum (*Leonarde.*) *ubi locorum* (cedò) verſatus es *hoc* omne *triennium?*

L. Ego, (Philippe) *Londino diſcedens* duobus pene *menſibus*, in *mare* variis jactatus ſum procellis, *noctes* ſæpè *vigilans luce* aliquando *dormiens.* Hinc *multos* mille *paſſus provectus ſum.* Ibam enim primùm *in Hiſpaniam militatum.*

P. *Militiæ* igitur *enutritus es?* putabam enim *Venetiis* te, mercibus commutandis fuiſſe occupatum.

L. M

L. Minimè gentium: ſed cùm *mihi* nequaquam *placuit*, *domi manere* otioſè, *meâ* plurimùm *referre* putabam, vel ſub *Hiſpanorum* rege morari, in *Cypro*; vel ab *Hiſpania* per *Galliam* proficiſci in *Italiam*, *Romæ* etiam aliquot *dies* commorari. Deinde ab *Italiâ*, in *Græciam* trajicere, & antiquas *ire* viſum *Athenas*. Hinc (*Macedoniâ peragratâ*) & *Conſtantinopoli* parumper agere: ſed *domum* reverſus ſum, hac *ſpe* fruſtratus, *cui* non *contingit* hoc *voto potiri*.

P. Dorobornia jam venis opinor.

L. Certè & *Londinum* propero; hic enim *ruri* dum ago, (neſcio quo modo) *morum* me *piget* agreſtium. Et *me* contrà *civitatis tædet*; ubi à pleriſq; ita de rebus inanibus *concertatur*, ut *nemini* penè conſtet, quid ſit rectum, quid maximè *reipublicæ interſit*: ſunt enim nonnulli *quos* admodum *delectat*, ubiq; *locorum* contentiones alere, & fovere.

P. Odioſum genus *hominum* meritò ſuppliciis afficiendum! ſed quemadmodum à perditis illis peſtibus, *vivatur*, nihil ad me attinet. *Miſeret*

me illorum *ſtultitiæ*; atque utinam profectò, tantum *omnibus* hominibus *diſpliceret* fœdis *flagitiis aſſueſcere*, quantum *cuiq; expedit.* Spero *me* aliquot *reperturum adoleſcentulos*, qui (præclaris etiam *orti parentibus*, & ſceleratorum *mores peroſi*, *rerum* bonarum *appetentes*, ac *virtutis cupientiſſimi*) *luci veſperiq;* (*inſtar apum*) ſedulo dabunt operam, ut *patriæ utiliter*, ac *laudabiliter ſibimet-ipſis*, ſemper vivant.

L. Nuſquam penè *loci*, reperiuntur *nunc temporis* (Philippe) qui ex animo *virtute ſtudeant*, ſed *ecce ſtatus noſter!* en miſeram *conditionem! eloquentiæ multùm*, ſapientiæ parùm, *ineptiarum abundè* ubivis *gentium*, audies, noveris, videbis. *Væ nobis. Hem ſordidam ignaviam! O tempora!* O mores! niſi celeriùs *propiùs Veritatem* accedamus, *terráq;* viventes, cœlos ſummo ſtudio adire conamur, actum erit de nobis penitùs.

Finis Dialogorum de Praxi Syntaxeωs.

Quis

Quis ſit modus repetendæ lectionis ab

ERASM. ROTERODAMO traditus.

QUibuſdam *prima* atq; unica ferè *cura* eſt, ſtatim ad *verbum* ediſcere, quod equidem non probo. Eſt enim tum *magni* laboris, tum fructus *nullius*. Quorſum enim attinet, *Pſittaci*, more verba non intellecta reddere. Commodiorem igitur viam accipe. 1. *Lectionem* quidem *auditam*, continuò relege, ita ut univerſa ſententiâ, paulò altiùs *animo* infigas 2. Deinde à *calce* rurſus ad *caput* redibis & ſingula *verba* excutere incipies *ea* duntaxat inquirens, quæ ad *Grammaticam* curam attinent; *videlicet*, ſi quod *verbum obſcuræ* aut ancipitis *derivationis*, ſi *heteroclitæ* conjugationis, quod *ſupinum*, quod *præteritum* faciat? quos habeat majores? quos nepotes? quam *conſtructionem*? quid ſignificet? & hujuſmodi nonnulla? Hoc ubi ege-

1.

2.

Analyſis Grammatica.

2. *Analyſis. Rhetorica.*

ris, rurſum de *integro* percurrito, *ea* jam potiſſimùm inquirens quæ ad artificium *Rhetoricum* ſpectant. Si quid *venuſtius*, ſi quid *elegantius*, ſi quid *concinnius* dictum videbitur, annotabis *indice*, aut *aſteriſco* appoſito. *Verborum* compoſitionem inſpicies, *orationis* decóra ſcifcitabere: *Authoris* conſilium indagabis, quâ *quicquid* ratione dixerit.

3. Ubi quid te delectaverit *vehementiùs*, cave *præter caſum* (quod aiunt) *fugias*. Fige pedem, ac abs te ipſo *rationem* exige; quare tantopere iis *eâ* oratione delectatus? cur non ex *cæteris* quoque *parem* ceperis *voluptatem?* Invenies te *acumine* aut *exornatione*, aliquâ oratoriâ, aut compoſitions *harmoniâ*, aut (nè omnia perſequar) ſimili quapiam causâ commotum fuiſſe. Quod ſi aliquod *adagium*, ſi qua *ſententia*, ſi quod *proverbium* vetus, ſi qua *hiſtoriâ*, ſi qua *fabula*, ſi qua *ſimilitudo* non inepta, ſi quid, breviter, *acute*, aut alioqui ingenioſe, dictum eſſe videbitur, id tanquam *theſaurum* quendam, animo diligenter reponendum, ducito ad *uſum* & ad *imitationem*. 4. His

4. His diligenter curatis, nè pigeat *quartò* iterare. Nam *hoc* habent eruditorum *virorum*, ſummo ingenio, ſummis vigiliis elucubrata *ſcripta*, ut *millies relecta*, *magis magiſq;* *placeant*, *ſempérq; admiratori ſuo novum miraculum oſtendant.* Id quod *tibi* in tabulâ tuâ ſæpenumerò, nec ſine cauſa laudata, evenire ſolet, quod antea non animadvertiſſes: Idem tibi multo amplius in bonis *authoribus* eveniet.

5. Releges igitur *quartò*, ecquæ ad *Philoſophiam*, maxime verò *Ethicen*, referri poſſe videantur, circumſpicies, ſi quod *exemplum*, quod *moribus* accommodari poſſit. Quid autem eſt, de quo non, vel *exemplum* vivendi, vel *imago* quædam, vel *occaſio* ſumi queat? Nam in *aliorum* pulchrè, ac turpiter *factis* quid deceat, quid non, juxtà videmus.

6. Hæc ſi facies, jam vel *edidiceris*, quanquam aliud egiſti. Tum *demum* ſi libet, ad *ediſcendi* laborem accedito, qui tum aut nullus erit, aut certè perquam exiguus.

7. Quid deinde? Reſtat, ut cum

ſtudioſis congrediaris, tuis *annotationes* in medium proferas, viciſsímq; *illorum* audias, *alia* laudabis, *alia* reprehendes, *tua* partim *defendes*, partim *caſtigari* permittes.

8 Poſtremò quod in *aliis* laudâſti, tuis in *ſcriptis* imitari conaberis.

Utrum *ſecreta ſtudia* plus conducant, quàm *conflictatio* illa, aut *contrà.*

SEcreta ſtudia à *doctis* laudantur at ita, ut poſtea è *latebris* in *arenam* prodeamus, viriúmq; *noſtrarum*, periculum faciamus. Id quod ſapientiſſimè à *Socrate* eſt dictum, *Experiamur utrum partus ingeniorum vitales ſint, nimirum obſtetricum induſtriam imitati.* Quare *alternatim* utriſque utetur, qui non *vulgariter* voler evadere doctus. *Vale.*

De Stylo Orationis, ex chartulis. *T. B.*

STylus eſt habitus *Orationis*, quo ſermo *elegantior* aut *inelegantior*

or videtur; éſtque duplex, *Grammaticus* & *Rhetoricus*.

1. *Grammaticus* dicitur ſtylus, ubi *Oratio congrua*, vocibus *puris*, & aptis quibuſdam *phraſibus* adornatur; ut, *Ego fratem amo, quantum ille me; tantóq; amore illum proſequor, quanto ille me.*

Ad *ſtylum* Grammaticum *quatuor* requiruntur.

Primo, *Delectus verborum.*

2. *Diſpoſitio.*

3. *Phraſes.*

4. *Variationes.*

1. Nam Primo, *Barbara*, & obſoleta *verba*, ſunt omnimò rejicienda, & delectus *verborum* adhibendus.

2. Deinde *ea* vocabula *quibus* utimur, ſunt optimè diſponenda.

3. Præterea pro ſimplicibus *vocibus* uti convenit *Phraſibus* ejuſdem ſignificationis.

4. *Ultimò.* Res *aliqua* ſæpiùs *iteranda*, non *totidem*; & iiſdem *verbis* repetenda; ſed *aliter*, atq; aliter *varianda*, ſecundùm regulas, *copiæ* & *variationis.*

1. Barbaria *verba* quæ ſunt emendanda, ſunt hujuſmodi.

Barbara.	*Elegantioria.*
Ut non	Nè
Ut nullus	Nequis
Ut nihil	Nequid
Ut nolles	Nè velles
Et igitur	Proinde
Et ——	Nec non, atque, proinde, imò verò, quippe, quin.
Et non	Nec, non, autem
Et nemo	Nec quiſquam
Et nihil	Nec quicquam
Et nunquam	Nec unquam
Et nuſquam	Nec uſquam
Et *ille*, & *is*,	Qui
Et tamen non	Nec tamen
Si non	Niſi
Sed	At verò, at quam quam, quin.
Et ſi non	Sin minus
Nequicquam	Nihil prorſus
Tam multum	Tantum

Quàm

Quàm multum	Quantum
Tam bene, quàm tu	Æque ac tu
Tam bene quàm possum	Quantum possum
Talis doctus	Tam doctus
Singulariter	Non vulgariter
Vel aliter	Alioqui
Valde gratum	Non ingratum
Adeò quod, ita quod	Adeò ut, ità ut
Dixit quòd *noluit*	Negavit
Homines dicunt nihil de hac re	Necquisquam de hac re quicquam dixit
Ubique	Nusquam non
Nihil minus quàm tu	Perinde ac tu
Semper	Nunquam non

2. Regulæ de Vocabulis in Oratione optimè disponendis sunt novem.

1. VErbum *principale* ferè ad *finem* periodi rejiciendum, *Rectus* in Medio, & *obliquus* in principio sæpissimè collocatur, ut *Munitissimam hostium Civitatem Cæsar occupavit.* * *Vide Formulas Oratorias de Compositione*, &c. Pag. 377.

2. Posterius duorum *Substantivorum*

rum in Oratione *præponi* debet, ut, *Patris domus.*

3. *Adjectivum* itidem *præcedat*, &, *Substantivum* sequatur.

4. Aliquid, si commodè fieri potest, inter *Adjectivum* & *Substantivum* interponatur, ut, *Magnam, ex clementia, laudem comparabis.* Terrorem *hostibus*, magna *Cæsaris* severitas incussit.

5. *Adverbia*, & *Præpositiones*, cum suo *Casu*, ubiq; ferè pro *Euphoniâ*, suâ locum habent, sed commodissimè ad illud verbum, *Participium*, aut *Adjectivum*, quod determinant, adjunguntur, ut *Ex auditu crescit sapientia:* Debitum pro contemptu, suis hostibus, diúq; dilatam severitatem, *Cæsar* tandem exhibuit, sed clementissimè mitigavit.

6. *Præpositio* nunquam discedat à *Casu* sui *Substantivi*, nisi per interpositionem *Epitheti*, vel *Genitivi*, vel *utriusque*, ut, *Infantulus à dulci nutricis mamma, non nisi repletus, libenter discedat.*

7. *Præpositio* regens *Gerundium* nunquam discedat à *Gerundio*, vel casu

caſu *Gerundii*, ut *Summam* ex acerrimum tui patris hoſtem oppugnando *laudem* conſequêris.

8. Si variæ *perſonæ* in ſententia commemorantur, commodiſſimè in principio collocantur, ut, *Egò, tibi, pro fratre prolixis literis reſpondebo.*

9. Omnis *inepta* vocum *combinatio*, quà, vel jucunda *prolatio*, vel *Euphoniæ* gratia offenditur, prorſus effugienda, ut, *Sermo auditus* ——

Nam concurſus *vocalium* in fine *præcedentis*, & principio *ſequentis* dictionis eſt injucundus, unde fit ut non dicamus, *A homine, è urbe*, ſed *ab homine, ex urbe*, & *ſimilia*.

3. Phraſes.

3. *PHraſes* ſunt elegantiores, & peculiares quædam *loquendi* formulæ, quæ partim ex *regulis* Grammaticæ, partim ex probatiſſimis *Authoribus* inter *legendum* ſunt colligendæ.

Inter regulas *Grammaticæ*, præſertim notandæ ſunt——

1. —— Præpoſitionem cum ſuo caſu ——.

2. Ille,

2. Ille, *quæ* ſeptimum vel *octavum* caſum docent, ab aliqua orationis parte regi.

Quales ſunt.

Natus, *Commodus*, Utilis, &c.

Attinet, *pertinet*, ſpectat. &c.

Quædam *Accipiendi*, &c.

Mereor, cum *Adverbiis* bene, &c.

Quæ continent exceptiones, à *regulis* generalibus *Syntaxeos*; ut,

—Quædam quæ ſimilitudinem, &c.

At ex his quædam, &c.

Pauca ex his, &c.

Ex quibus quædam nonunquã, &c.

3. Regulæ de peculiari modo *loquendi* in quibuſdam; ut,

Communis, alienus, &c.

Flocci, nauci, &c.

Flocci, nauci, &c.

Dicimus Tempero, &c.

Proſequor, &c.

Uterque, nullus, &c.

4. Variationes.

VAriationes Phraſium itidem ex *regulis* ut plurimùm ſunt petendæ,

tendæ, ubi *primò*, Notandæ ſunt *Regulæ* de iis *Nominibus*, & *Verbis*, quæ diverſos *caſus* regunt,

Quorum.

1. Quædam regunt *Genitivum* vel *Ablativum*, ſignificantem *copiam*, egeſtatem, *crimen*, valorem, & *pretium*.

2. Quædam *Dativum* aut *Accuſativum*.

3. *Tranſitivæ* quæ *Acquiſitivè* ponuntur.

4. Nota etiam; *quæ variam* habent *conſtructionem*, & regulas ſuperiores.

5. Præterea obſervandum eſt, *quod*

Genitivus Partitionis — variantur per — *Prepoſitiones* E, De Ex, Inter, Ante; ut, *Primus omnium*, ex omnibus, *ſeu* inter omnes.

Ablativus Comparationis — variantur per — Adverbium *Quàm*, ut *vilius auro*, id eſt, *quàm aurum*.

Ablativus

Ablativus *Absolutus.*	variantur per	*Dum*, Cum, *Quando*, Si, *Quanquam* postquam *ut* Me duce *id est*, si ego dux fuero.
Casus *Agentis*		Nominativū *verbi* Activi, ut, Virgilius *legitur à me*, id est, Ego *lego Virgilium.*
Gerundii voces.		Nomina adjectiva, inde enata. *Cur adeò delectaris inferendo crimina*, seu *Criminibus inferendis ?*
Prius Supinum		Ad, *vel* ut, ut *Eo visum. Ad videndum*, ut videā.
Posterius Supinum		Infinitum *passivum*, ut *Turpe factu*, turpe fiere.
Oportet, *vel* Debeo		Gerundiū in *Dum* ut *Me opertet abire*, Debeo abire, *Abeundum est mihi.*
Verbum cum quo jungitur, *Quod* vel ut,		*Infinitum* modum, *Depoſito*, Quod, *vel* ut, *Te* rediiſſe Gaudeo *id est*, quod redieris, *Te fabulam agere volo*, seu *Ut tu agas fabulam volo.*

His

His adde, *hæc*, que *usu melius* quàm *Regulâ* doceri possunt. *Do tibi vestem pignus*, vel *pignori*, Duco, *verto tibi vitium*, vel *vitio*, id est *in vitium*. Habeo ludibrio, *id est*, in ludibrium. *Date crescendi copiam novarum*, vel *novas*.

Hæc res	Hoc
Habeo matrem	Est mihi mater
Est mihi voluptas	Est mihi voluptati.
Flebant omnes	Fletur
Dum pugnant	Inter pugnandum
In edendo	Inter edendum
Ex defendendo	Ob defendendum
Pro vapulando *seu*,	Propter vapulandum
Pertinet ad Melibæum, *id est*,	Est Melibæi
Truncatus membra, *seu*,	Habens membra truncata.

De

De ratione accentuum, & *Prolatione* ſyllabarum, apud *Latinos* regulæ.

De pronunciandis, & accentuandis *vocibus Latinis*.

1. AD unguem teneant *pueri* declinationem nominum imparisyllabicorum ereſcentium.

{acutè——radícis.
{graviter——muliéris.

2. Accuratam faciunto differentiâ in ſonis vocalium characteriſticarum in conjugationibus, ut quæ in literis (quoad *oculus* perſpiciat) nihil differant, *auris* tamen diverſam percipiat prolationem —— ut, *lêgere* legêre, *venîmus* vénimus, *querêre* quérere, *patêre* pátere, *querêre* péndere.

3. Diſſyllabæ omnes acuunt *primam* quæcunque ea ſit, ut *bónum*, dónum, *mnûs*, múnus.

4. Polyſyllaba dictio, ſi *penultimam* naturâ vel poſitione, *longam* habet, acuit

acuit eandem, ut *problēma poéſis*, libértas, deínceps, duntáxat, *In his enim, quando duæ longæ ſequuntur, antepenultimam acui*, *Latinus* ſermo non patitur.

2. Sin brevis ſit *penultima*, acuit antepenultimam, ut *Dóminus*, Póntifex, *Rectória*, Arábulus, Hérnicus, ínquino, deſtino, *geómetra*——long*o*, quia Græcé per ω.

2. Si *dubia* fuerit penultima, aut *communis*, accentus tunc erit in antepenultíma: ut *fúnebris*, célebris, *mediocris*, candélabrum, délubrum.

In *proſa* ſcillicet oratione non *verſu*; nam *metri* conditio mutat accentum. Nota.

——*pecudes pictæque volúcres.*

Impuleret, ferro Argolicas fœdare *latébras.*

In proſa, *látebras*, vólucres. *Quintilianus* enim & *Sergius* aiunt, *aliam verſûs aliam* proſæ *pronunciationem eſſe.*

5. *Compoſitio* mutat ſyllabæ quantitatem——ut, *Omnipotens*, cauſidicùs, útiq; *ſiquidem*, vídeſis, caveſis ubivis, quandoquidem, *Sémivir*, ſéſquipes *ſylvifragi*, hymniſoni, versí-

versícolor, córnicen, túbicen, fídicen, &c.

——Sed *tibicen* & tibiicen ob contractionem duarum, i, i, in unam, *longa* eſt facta, quæ aliàs brevis foret. Sic eadem *Synæreſis*, in bígæ, *quadrigæ*.

Sic in his *valedico*, quandóq; *ubiq;* ibidem, *homicida*, fratricída *fororicída*, parrícida, *lapicída*, &c.—— Et compoſita à *facio*, benefácis, *frigefacis*——

——Súffoco, præfoco à *focus*. Suffóco, prefóco à *faux*——

6. *Græca* vocabula cùm latineſcunt, juxta *quantitatem* ſuam ſunt proferenda, & non ſecundũ *accentum* patrium: ut, *Idolum*, idololatría, *Chalcédon*, Nicodémus, *Demonicus*, Philonícus, *Beronice*, veronica, Andronícus, Theſſaloníca, à *νίκη* primâ longâ.

——Sic etiam Metonymia, erémus, paraclétus, Eubúlus, Peloponnéſus, Ariſtobúlus, Traſibúlus, Ecphonéſis, Apoſiopéſis, Palinódia, Heróes, Getúlus, Cleobúlus, Apamía, Pædagógus, Melanûrus, Eccléſia, cúlus, cucúlus, Júlus, Lagópus, Oeconómus, Carpophórus.

7. J, & E, vocalis ex Græcâ diphthongo

thongo ei, longæ ſunt: ut, *Darius*, Baſilius, *Chius*, Lycium, vel *Lycéum*, Ironia, *Magia*, Energia, *Elegia*, Thalia, *Litania*, Latria, Iphigenia *Samaria*, Nicomedia, *Alexandria*, Antiochia, *Arabium*, aut Bravium, Politia, *Pragmatia*——*&c.*

Sic platea, choréa, Medéa, Cyrheréa, Laodicéa, Muſeum, ſpondéus, Epicuréus, Ariſtoteléus, Pythagoréus, Canopéum——Æneas, Epéus, Panacéus——&c.

8. Vocales *longæ*, & breves ante *vocalem*, manent immutatæ, ex ancipitibus a, & i, modò enim longæ ſunt, modò breves.

1. At maſculina in *ius*, fœminina in *ia*, & neutra in *ium*, unà cum poſſeſſivis, in *ius*, *i* purum corripiunt, niſi veniat ex diphthongo *ei*.——

Alii ſic: Quæ per *E* aut *I* apud Græcos in penult. ſcribuntur, corripiunt illud——etiamſi more Græcorum accentu in penult. pronuncientur; ut, *Andreas*, *Doróthæus*, Doróthea *idea*, Sóphia, *Philosóphia*, Prosódia, Orthográphia, Etymológia, Uránia Comædia, Tragædia, Maria Elias, Zechárias,

charias, Isaias, ut Parthénius, Abstémius, académia, Sóphia, Acédia, Harmónia, Namuáchia, Symphónia.

2. Masculina in *aon*, & *ion* patronymica fœminina in *eis* & *ois*, ac possessiva in *eius*, *oius* & *ous*, primas terminationum vocalis producunt: ut *Lycáon*, Ixión, *Briséis*, Latóis, *Minóius*, Lesbóus. Λαὺς, cum compositis semper *a* producet; ut, *Meneláus*, *Nicoláus*. ———

Excipe in *aon* & *ion* cresentia per *o* longum, ut Deucalion.

2. Excipe in *eis* Néreis *penult.* etiam corripit.

9. Accusativi in *ea* à nominibus in *eus*, & possessiva in *eus*, *e* purum variant, modò *communem*, modò *Ionicam* dialectum sequentes, ut Orphéa, Ilionéa, Idomenéa, Cynaréius.

☞ Greca enim in ειος, Ionicè terminantur in εος; inde Latini *ejus*, æus, *eus*, aut, *ius* penultimâ longâ, ad εῖος, — Quædam per *eus* penultimâ brevi, ad *eos* terminatione Ionicâ.

10. *Patronymica* masculina in *ides* & *ades*, ex nonnullis secundæ vel tertiæ declinationis Latinæ, & in *ades*

ades etiam penultimam corripiunt, ut *Æácides*, *Priámides*, *Agenórides*, Pelopóides, Æôlides, Eubúlides, Ænéades, Laertíades.

Excipe *Licurgides*, *Bélides*, masc. singulare: non *Bélides* fœmin. plur. corripitur.

Assiduè repetunt quas perdunt Belides *undas*, *Ov.* met.

11. Patronymica masc. in. *éides* & *eus* à nominibus in *eus*, habent *e* ancipitem, ut, *Theséides*, Théseis, *Neréides*, Néreis, in Græcis enim est ε & Ionicè *η*.

12. Patronymica masculina in *ides*, ex nominibus in *eus* longa sunt, ut *Pelides*, Atrides.

13. Patronymica fœminina in *ne*, præcedentem *i* vel *o* producunt, ut *Nerine*, Acrisióne.

14. Deminutiva in *olus*, *ola*, *am*, & *ulus*, *a*, *um*, penult. corripiunt; *urceolus*, aureolus, *bellulus*, hortulus, *puellula*.

14. Omnis vocalis ante *q*, *brevis* est, ut néqueo, líqueo ——

Preter, Sequána, Liquétius, liquóraris,

16. No-

16. Nomina in *itus* verbalia, è quarta conjugatione, longantur; ut *auditus*, ſuffítus ———

Excipe compoſita ab *eo*, *ámbitus*, *tránſitus*, *éxitus*, *intéritus*, *&c.* —*ambítus* participi. longatur ———

Nota. Juſſit & *ambitæ* circundare littora terræ, *Ovid. Met.*

17. Vocativi in *i* à nominibus in *ius*, penultimam acuunt, ut *Pompéi* Cái, *Virgíli*, Valéri, *Mercúri*, Appíci ——

Accipe Pompéi, *deducîum carmen ab illo*;

Quod peto da Cái, *non peto conſilium.*

18. Verba in *urio* corripiunt *u*, ut éſurit, párturit, núpturit, cænáturit, nícturit ——— &c.

Excipe —ſcatúrio, ligúrio, — &c.

19. Nomina & Particip. in *urus* longantur, *eſúrus*, *lecîúrus*, paliúrus.

20. *ito* Term. { producitur — *dormito* — corripit ——— *víſito* ———

De-

De accentuandis dictionibus *Latinis*, ex Io. de Nieſſ.

SUnt qui omnibus penè *Adverbiis*, omnibus *Conjunctionibus* accentum appingant, ſunt qui nullis. Neutri bene.

Itaq; *regulam* adoleſcentibus câ ſuper re tradere operæ precium fuerit, quam ſequuti, turpiſſimum hoc *ſcriptionis* vitium emendabunt. *Regula* unica eſt hæc.

☞ *Omnia Adverbia, & Conjunctiones, accentu notari poſſunt, quæ alterius etiam alicujus partium orationis ſunt.* *Regula pro accentibus.*

Exempli gratiâ.

Accentu notanda, ſunt hæc Adverbia.

- Profectò
- facilè
- crebrò
- malè
- oppidò
- aliàs
- unà
- longiùs
- multùm
- imò, &c.

Qui ſunt etiam *nomina*, non tantùm adverbia.

Item hæc { juxtà. palàm infrà ſuprà propè pòſt antè, &c.

Quia ſunt etiam *Præpoſitiones.*

Item hæc { eò adeò amabò, &c.

Quia ſunt etiam *Verba.*

Ex quibus intelligis, malè ab *imperitis*, accentum appingi *his* aut *ſimilibus voculis.*

Sepe
Bene
Fruſtra
Retro
Deinde
Duntaxat
Similiter, &c. } quæ accentu carent.

Eodem modo accentum rectè tribues *conjunctionibus* iſtis.

Quàm
Quà
Quòd, &c. } quia ſunt etiam *pronomina.*

Inter

Inter istas { Verùm / Verò } quia sunt etiam Nomina.

Cùm, rectè accentuatur, quia *Præpositio* est.

Non autem istis { Tum / Tam / Quia / Quomode / Quare / Enimvero / Atque / Neq; &c. } quia accentu carent.

Nulli enim alteri *orationis* parti *serviunt*.

Notandnm & *hoc* est, conjunctionibus *enclitici*s.

Que / Ne / Ve } nullum *accentum* appingi oportere, sed in vocalem proximè antecedentis syllabæ rejici ——— *hoc modo*;

Egóne? *Petrus Paulúsque*, *bisve*, *semelve*;

& istæ quoque aliquando,

Itáne, Itáque, *utique*, quando, *viz.* duo quasi *verba* sunt, significántque, *Num ita*, Et ita, *Et ut*.

Ablativi *fœminini*, generis, *primæ* declinationis *accentu* circumflexo *Nta.*

 notandi

notandi ſunt, cùm ambiguum aliter orationem facerent, ita ut *Ablativus* ille neq; à præpoſitione aliqua, *Verbo*, aut *Nomine* proderetur.

Sic ſunt etiam circumflexo notandi genitivi quartæ declinationis, ut *Spiritûs*, manûs ——

☞ Doceantur portò *pueri* differentiam facere accuratam, inter *j* & *v* conſonas, & inter *i* & *u* vocales. Exempli gratiâ;

Juno, *juvo*, volo, vultus, *Vulcanus*, major: non autem,

Iuno, Iupiter, iuvo, *uolo*, Uulcanus, maior. Sed rectè,

Unde, *unda*, uſus, *ille*, inde, *idcirco:* non autem,

Vnde, vnda, *vſus*, ille, *jnde*, jdcirco. Ut enim rectè *Grammatica.*

☞ J & V quando ſibi, *vel* aliis vocalibus in eâdem ſyllaba præponuntur, fiunt conſonantes —— ut in *adjuvo.*

Notæ Orthographicæ:

1 A *Poſtraphus*, nota eſt, eliſionis, hoc ſigno', in capite literæ

teræ finalis in dictione; ut *Viden'? Auden'? Egon'* illum?

2. *Hyphen*, * nota ſubunionis & connexionis; ut, Qui labores *ſupra-humanos*, *ante-malorum*, *ſemi-bovémq;* virum, *ſemi-virúmq;* bovem.

3. *Accentus*, cónditus, conditus, maximè.

4. *Aſteriſcus* fit ſic *.

5. *Obelſcus* †.

6. *Notæ citationis* " . In margine paginarum plerumque " .

Notæ Syntactica ſunt.

1. *Comma*, fit in fine & *pede* dictionis, intra ſeptimam *vel* octavam ſyllabam, ſic [,]

2. *Semi-colon*, in dimido ferè ſpacio, inter *colon* & *comma*, hoc ſigno [;] & poſt *colon* etiam dimidium occupat ſpacium inter *colon* & *periodum*.

3. *Colon* poteſt excedere numerum octodecim ſyllabarū, fieri ſolet ſic [:]

4. *Periodus*, dividitur in partem *antecendentem* & *conſequentem*; illa *protaſis*, hæc *apodoſis* dicitur. Fit hoc ſigno [.]

* Ex ὑπὸ *ſub*, & ἓν *unum*, cùm duæ dictiones proferuntur ſub uno accentu.

Quot verba tot plerumque Pauſæ, *ſive expreſſæ, ſeu intellectæ---- vel, Quot occurrant* Relativa & Conjunctiones, *tot ſæpiùs ſignantur* punctationes, *quia ſingulæ exhis, ſuum habent* verbum, *aut explicitum aut implicitum.*

Adeò ut Verbum. *crebriùs* pauſas *dinumeret*, Relativum *& conjunctio modificent eas.*

5. *Parentheſis*, ſit duabas (ut aiunt) *ſemilunulis*, ita ( )

6. *Exclamatio*, *admiratio*, *&c.* ſic ſignantur [!]

7. *Interrogatio* hoc ſigno [?].

Exemplum omnium in unâ Sententiâ.

Cicer. 4. Verr.

HÆc *omnia quæ dixi*, ſigna Judices *ab* He jo, *de* Sacratio Verres, *abſtulit*; *nullum* (inquam) *horum reliquit*, *neque aliud ullum tamen*, *preter* unum *prevetus* ligneum, Bonam fortunam, *ut opinor: eam iſte* domi *ſuæ habere noluit. Prob* Deûm hominúmq; fidem! quid *hoc eſt?* quæ *hæc cauſa?* quæ *impudentia.*

Thaletis

Thaletis *Mileſii* dicta, *pentametris* incluſa, *pueris* memoriter ediſcenda.

Auſon. in Sent. 7. Sapient.

TUrpe *quid auſurus*, te, *ſine* teſte, *time.*

Vita *perit*, mortis *gloria non moritur.*

Quod facturus *eris*, dicere *diſſuleris.*

Crux eſt ſi metuas, *vincere quod nequeas.*

Nil nimium, ſatis *hoc*, *ni ſit &* hoc *nimium.*

Cùm verò *objurgas*, *ſic* inimicè *juvas.*

Cùm falsò *laudas*, *ſic*, *&* amicè *noces.*

FINIS.

THE SECOND PRAXIS DIALOGICAL OF THE LATINE SYNTAX,

Tranſlated Grammatically into *Engliſh*, for the uſe and benefit of *GRAMMAR SCHOOLS*.

Ovid. 2. *De Arte.*

——— *nihil aſſuetudine majus.*

Caſſiodor. *Lib.* 9.

Quis ignorat cunctis aut artificibus, aut artibus, maximum decus uſu venire.

LONDON:

Printed for *Edward Thomas* at the *Adam* and *Eve* in *Little Brittain*. 1677.

To the Reader.

FOr thy Direction in the uſe hereof (*Gentle Reader*) know that *tranſlation* in general is two-fold,

1. Ruder,
2. More elegant.

Tranſlation is twofold.

Ruder, when things are rendered into *vulgar* and ordinary ſpeech; *verbatim*, (as we ſay) which is appropriated and profitable to the *Tyro*'s, and newly initiated in the two *loweſt* forms: and this *verbal* tranſlation we have put in the *margine*, with references.

1 *Ruder.*

2. The more *elegant* takes his beginning and progreſs alſo from a reflected *review* upon the former, which now the *Student* conceives is meerly for *children*, and too mean for better capacities.

In *this* alſo our *Engliſh* often *adds* to the Latine, *mine*, *thine*, *ours*, &c. often.

2. *Elegan-tior.*

often *cuts off* many *particles*. Yea, *Relatives* alſo from the *Latine*, to expreſs *it's* proper Idiome.

Again, an *Active* is rendred by a *Paſſive*, *& contrà* —— ſo alſo an *affirmative* by a *negative*, *& vice versâ*—and may variations of like ſort, *thou* ſhalt meet with——Take in good part *my* pains herein, wink at ſmall faults and pray to *God* Almighty that we may bring glory to *Him* in our *life*, and receive glory with Him after death. Farewel.

Thine in him

J. C.

Σὺν Θεῷ.

In this *Dialogue* is * contrived the *Praxis* of the *Concords*, government of *Substantives*, and other parts of *speech* here inserted. *

* *contained.*

* *put in.*

The *Speakers.*

GEORGE. EDWARD.

The first Dialogue.

G. a ALL health, and happiness attend you, *Edward.*

E. *b* The same to you *George.*

G. Doest *thou* not marvel, what *c* I make here?

E. Should I marvel, *d* to see an idle *Jack* *e* gad up and down the streets, and haunt *f* places far from *School*, *h* that he might the more *i* securely play the *Trewant?*

G. Oh

a *God save you heartily, or very much.*

b *God save you too.*

c *what business is to me here?*

d *that an idle boy, lad.*

e *rangeth, fisketh,*

f *walketh hither and thither* ---

h *whereby, to the intent that.*

l *easily, unobservably, be idle.*

G. Oh *you* k *are* a merry *Greek*, Thou knoweſt I l am for m *learning*, above all the *riches* in the world, neither am I at any time *voluntarily* n abſent from *School*.

E. I know it o well, and therefore what p *wind* blew *you* now hither?

G. I'le tell thee. That very *man* who is *Maſter* of the *ſchool* lately q erected, r as *he* was at ſupper at *our* houſe laſt night, did s earneſtly intreat my *father* and mother, that I might t viſit *him* at his *own* houſe this day.

E. Is he u ſo *good* a man, and *learned*, as x the report goes?

G. So they ſay. But doeſt thou think, y that I *heed* at all, *that* which nothing concerneth *me*? Thou knoweſt that z *Diſtich* of *Cato*'s.

If thou mens lives a *and manners* b *well doeſt mind*,
Whil'ſt each blames other, *blameleſs* c *none thou'lt find.*

k *jeſt pretily, are a merry man.*
l *covet greedily, eagerly, earneſtly,*
m *the knowledg of letters above, before much riches.*
n *by my good will away from the* ſchool.
o *truly, verily.*
p *occaſion, or cauſe.*
q *which was founded lately.*
r *when he ſupped with us.*
s *very much ask.*
t *go to ſee.*
u *an honeſt man, a good ſcholar.* x *it is reported, folks ſay.*
y *me to mind at all, or care for thoſe things, which belong nothing to me at all.* z *two verſes.* a *life.* b *finally, if thou look into,* c *no man lives without fault.*

E. Ey,

E. Ey, but you, and *your* father will be deceived *both* of you, if you look not well *d* to it: For to *e* keep company with *knaves* and *raſcals*, is oftentimes the *undoing* of the *beſt* diſpoſitions *f* in the world.

G. Doeſt not *thou* remember our old *g* *Cato*'s ſong?

To act a fool *ſometime is wiſdom deem'd,*
And h *open ſpeech, ſign of a* fool *eſteem'd.*

E. *You* *i* are all on the merry pin, *George*; But tell me in *k* good earneſt, have you any great acquaintance with this *man* you ſpeak of?

G. I'le *l* keep nothing from thee *Ned*, whom for many *m* reſpects I am bound to *love*. Mine *n* eldeſt *brother* and I, were happy, *o* thus to enjoy this mans ſociety, then whom, for *p* *wiſdom*, and *piety*, I know

d *warily.*
e *accuſtom with evil men.*
f *deſtroyeth the beſt natures or wits of all.*
g *what our* Cato *hath ſung? It's the chiefeſt wiſdom, in ſome place to ſeem a fool, or counterfeit folly----*
h *broad ſpeaking open-heartedneſs is cenſured a ſign of no wiſe man, unwiſe mind----*
i *What things ſoever ye ſpeak are all wit, conceit ----- k in ſober-ſadneſs hath much acquaintance paſſed betwixt you.* l *conceal.* m *names:* n *greateſt by birth.* o *who have tried or enjoyed this mans company, acquaintance.* p *I know no man wiſer, nor any other of greater godlineſs.*

none

none *better*; beſides he ha's a moſt comely, *q* and modeſt *matron* to his *wife*.

E. Ha's he *r* any *children*?

G. This wife of his hath brought him, *s* only one ſon, and *two* daughters, and *t* all of them, as they ſay, of *u* excellent *wit*, and *x* admirable *towardneſs*.

E. Bleſſed, ſurely, is this *y mans* condition, whom *God* hath *z* ſo bountifully inriched. But *heark you*, a *Sirra! My b* meeting with *thee* now, ha's hindred my journy, by this *prating* of thine.

G. How many *c miles* are you to go?

E. I have *d* not many *furlongs* to go, I hope: Do you know the *ſtreet*, they *e* call the *Butcher Row*?

G. Why *f* not? Mark you well *g* the *Houſe*, wherein proviſion is laid for the Kings *Mares*, and *Mules*; from thence you ſhall come to *h Pauls*, after that, when you are

q *moſt beautiful woman to wife.*
r *begotten.*
ſ *brought forth to him*
t *all which all of whom.*
u *moſt happy.*
x *of the beſt towardneſs*
y *this is ---*
z *hath inriched with ſo great wealth ---*
a *O you.*
b *thou meeting me, haſt been an hinderance to my journy, errand, by this thy talkativeneſs.*
c *thouſand paces.* d *I ſhall not run on forward.* e *which they call the Shambles ---* f *why ſhould I not know it.* g *to your ſelf the houſes.* h *S. Pauls.*

gotten

gotten *i* to the next *turning*, keep *k* on your *left* hand, and *l* you are hard by the place you ſeek for. But what's your *m* buſineſs there?

E. n I aſſure *you* ſuch as I have no mind to at all. I am going to fetch *o* the *Phyſician*; my brother *John* is ſick, *p* and in danger of *death*, which *q* I pray *God* avert: And I *r* am grieved at *heart* to hear *s* that he ſhould be ſo miſerably tormented.

G. t I know well enough what *Phyſick* he ſtands need of; He *eats* much, *ſleeps* oft, and *drinks* exceſſively, *u* all which are very hurtful to *x* *mans* body.

E. I am of your *y* *mind*. But yet I will do *z* as my *father* bids me, and go *a* fetch the *Phyſician*, that ſo I may *b* do the beſt I can, for the *health* of my brother. *c* Adieu.

i *have gone on to-- are come.*
k *being turned on your left hand.*
l *the place will be near.*
m *to you.*
n *truly ſuch as I leaſt of all deſire or I could wiſh it were not.*
o *to call---*
p *not without danger of death.*
q *God forbid, or turn away.*
r *I have taken great grief.*
s *him to be tormented with ſo cruel or curſed pains.*
t *I am not ignorant what medicines,* u *abundantly.* x *to the body, or to his body.* y *I think with you.* z *obey my fathers commands.* a *call, ſend for.* b *provide for, take care of, ſhew my reſpect to,* or *render.* c *Farewell.*

The second Dialogue.

Of the construction of *Adjectives* and *Pronouns*.

Andrew, Peter, Henry.

A. FRiend *Peter*, what's *that* troubles *d* your *mind* so? for you stand *e* perplexed, forgetting both the *time*, *f* and thy *self*. *Thou* wert wont to be *g mad* of play, perhaps the *bow* and *arrows* which you brake t'other day, do grieve *h thee*.

P. No *i* such matter, *Andrew*, *k* Being glutted with play already, I am grown mainly desirous *l* to be a *scholar*: neither am I *m* so *weak-witted*, as to be grieved for the loss of my *n* playing tools.

A. *Better* o *late than never*. But why then *p* go you, with such a *Friday-face?*

P. q It frets and vexes *me* at heart,

d *Disquiets, or vexeth thy mind.* e *doubtful of.* f *regardless of.* g *greedy of.* h *affect thee with grief.* i *nothing less.* k *being now already satisfied with the desire of having had my belly full of play.* l *of good learning or letters.* m *so silly, so void of discretion, or such a baby---or Ninny hammer.* n *sporting weapons, or knacks.* o *be wise, to amend.* p *what make you look so moodily on it, or go with so sad a countenance, or be so melancholy.* q *this troubleth and grieveth me, this care biteth, or tormenteth me, pricketh me sharply.*

to

to hear that my *Parents* are angry at *me*, and that I muſt preſently *r* be taken from *ſchool*, and be put to a *s Trade*: of which two things, I cannot eaſily bethink me, whether I ſhould *t* like worſe.

A. Art thou ſo void of *u* judgment, ſo *witleſs* become, upon the *hearing* of this? there's nothing more lying than *Fame*. Thou *x* deſerveſt to be *chidden* ſoundly, and ſheweſt thy ſelf *y dull ſpirited*, to be afraid of *words*, and ſtand *z* aſtoniſhed at a poor *puff* of wind.

P. I doubt you are *a* too *fool hardy*, *b* for I never yet found *you* appalled with any *fear*.

A. *c* Be of good courage *man*: Time *d* out wears all things; and your *parents* are not of ſo *e* harſh diſpoſition, but *they* will ſoon *f forget* ſo light an *offence*; or you may eaſily *g* beg *pardon* for this fault.

r *very ſoon, ere long, be called away.*
s *merchandize.*
t *I am more unwilling to hear, I leſs would have ſo to be, cannot eaſily tell, judge.*
u *of counſel taken in mind.*
x *art worthy of moſt ſharp reproof, or to be ſchooled.*
y *of a cravenly, cowardly, daſtardly courage.*
z *put beſide thy ſelf, coward, ſcared out of thy wits, or caſt off the hook.*
a *bold of mind.* b *whom I yet never have obſerved, or perceived timerous.* c *take heart of grace, or be of good cheer man.* d *is a conſumer, or devourer of things.* e *crabbed, churliſh, wayward, hard.* f *be unmindful of* ---- g *there will be for you a moſt eaſie requeſting of pardon with them.*

P. O *thou* h prime *friend* of all my *ſchool fellows!* not one i *ſecond* to thee for *love*! thou art amiable, and delightful to all thy *friends*, and uſeful to all thy *ſchool-fellows*. Who is k thy like, for ſweet *diſpoſition?* who thy l *equal* for loving *affection?*

A. m Nay then, your ſelf *Peter*, deſerves *this* commendation, who to *me* for n *love* haſt continually o been a *brother:* for p *advice* and counſel, a *tutor*. Not q a *man* amongſt all my friends more r endeared to *me*, than thy ſelf, ſ in my beſt wiſhes, and affection. But ſee, t your *brother* u comes, the moſt lovely x *picture* of thine *own* ſelf.

P. So ho! Sirra, *Harry*! whom look y *you* for?

H. Thy ſelf, my own z dear *brother*, and moſt a *near* to me, both by *nature* and *affection*.

P. 'Tis of thine own b *conceit*, that *thou* c thus conjectureſt, of *my* love

h *beſt beloved, or moſt friendly.*
i *near to*
k *like thee in good nature.*
l *fellow*, or *equal to thee in will or dearneſs of affection.*
m *Yea, thou rather thy ſelf*----
n *intire good will, heartily will-wiſhing.*
o *full many a time.*
p *good counſel been a maſter.*
q *There is not any.*
r *more dear.*
ſ *in will, or love.* t *But lo thee!* u *is here.* x *image, or reſemblance of thee.* y *doſt thou ſeek?* z *germane, ſweet.* a *conjoyned.* b *phanſie, affection, or mind.* c *makeſt this conjecture.*

only

only (amongſt the reſt of our brethren) towards *thee*.

H. d Nay, The mutual *love* of *us* two, is well enough *e* known to *every* one of the *f* reſt.

P. But I pr'ythee, who ſent *thee* hither?

H. My *father*. For *he* would have *thee* chooſe, the better of the *two* books, of *g* one and the ſame ſubject, which the Stationer *h* h'as to ſell.

P. Ey, but *i* what *book* is that?

H. Either *mine*, or my *fathers*, that ha's paid *k* for't.

P. l What coſt it?

H. m Three ſhillings.

P. Who ſold it *thee*?

H. A *n chapman*, a neighbor of *ours*.

P. This *book* (I verily *o* think) is ſome *four p* inches thick two *hands q* broad, and a full *r foot* long.

H. Ey, but that *other* is thicker than *this* by two inches.

A. Ey, and longer by *s* [*handbreadth*. *t* Very thick, the *bigger* it is

d *yea.*
e *perceived, or diſcovered.*
f *of our brethren.*
g *the ſame argument.*
h *Book-ſeller hath to be ſold.*
i *whoſe.*
k *the price.*
l *For how much was it ſold.*
m *for three*
n *merchant or ſeller of.*
o *gueſs, or believe.*
p *fingers or thumbs.*
q *palms.*
r *whole.*
s *palm, or four fingers*
t *perhaps it will be by ſo much thicker, by how much.*

is the *dearer* it is: But *u* neither of *you* need care for that, *x* who have a *father*, *y* both of great *lands*, and so *well-monyed*.

P. Whether had'ſt thy ſelf, rather be *rich* in wealth, or *z learning*?

A. I *a* ſhould think, that both *wealth* and *b* wit, were very *c* good for *men*: the *former*, to maintain *d* life and being; the *latter*, *e* to adorn the mind, and conform *f* our *conditions* unto *virtue*.

H. Thou *g* cenſur'ſt *right*, as I think. But *we two h* muſt away, Friend *Andrew* *i* (to both of *us* much indeared) fare *you* well.

A. *k* And *you* too, moſt noble *youths*, and much intereſſed *l* reciprocally in *my* beſt love.

c elegantiſſimum proponat ſibi I *loquentiæ* ſtudioſus, utpote *Ciceronis*, &c. (nolim etenim ut à *lacte* illius *ubertate* pueritia noſtra *depe latur*) Ex quo *ſententiam* unam a alteram, *ſuavem*, terſam, & *numer ſam* imitetur, & ab ipſis Eloquenti cunabilis exorſus, conetur *emenda* (ſi poſſit) *authorem* d; (experiatu

Quint. l. 10. c. 1. d *In cæteris legendis* Cenſores *vos e debere. in Cicer.* diſcipulos: *illos notare, hunc ſuſpicere. ill guſtare, hunc vocare & concoquere, & in* ſanguinem *p nitus* ſuccúmque *veſtrum vertere---- Qui Cicer. non ſit, el quentem eſſe neminem. Certis ingeniis immorari & inn triri oportet ſi velis aliquid trahere, quod in animo fideli ter ſedeat:* nuſquam eſt qui ubique eſt, *Senec. Epiſt.* 2 ----- *Ne hoc quidem ſuaſerini uni ſe alicui propriè quem p omnia ſequatur* addicere. *Longe omnium perfectis*, Græ *Demoſt. aliquid tamen aliquo in loco alii melius, plurim ille. Sed*, non qui maximè imitandus, etiam ſolus imi tandus eſt---*Quid ergo? Non eſt ſatis omnia ſic dicere qu modo. M.* Tullius *dixit? mihi quidem ſatis eſſet ſi omni conſequi paſſem. Quid tamen nocet vim* Cæſar *aſperita tem* Cœli *diligentiam* Pollion, *judicium* Calvi, *quibu dam in locis aſſumere*, Fab-*Cicer. amo olim etiam imita tus ſum: alius mihi ſenſus nunc viro.* Aſianæ *dapes non a meum guſtum*; Atticæ *magis*, Jaco. Pon. ep. 10.--- *Quà multi in juventute, nos æmulanter? & rideo; qui à m procul* illi, *aut procul* ego *certè à vero.* Lipſ. *de* ſeip.--*E his duobus faciliùs* ego *utrumque conceſſerim quàm alter utram negaverim*, Pontan.

ſaltem

altem, quàm propè ad *illum* accedere poſſit, & *æmuletur* ejus ſuavitates; ut aliquando tandem, *nare ſine cortice*, in altum vehi, ſeq; jam ſuis ventis permittere *audeat*.

2. *Paraphraſis* in qua locum aliquem *Authoris* contractiorem, *pluribus* verbis aſſueſcat fuſiùs enarrare; *carmina* in *proſam*, & contrà, *vertendo*, omnia amplificando, *arida* argumentorum *oſſa* (horridum quaſi *nudarum* rationum ſceleton) phraſium *carne* inveſtiat, eloquentiæ *nervis* & muſculis firmet artis *ſucco* & ſanguine diſtentat. Diſcat aptiſſima *epitheta* unicuiq; *ſubſtantivo* applicare (*miram* enim iſtud * conciliabit oratione *gratiam* ſi in iis *luxuriare* poſſit aliquando:) caveat autem ceu tot *ſcopulos*) obſoleta, dura, impropria, ocioſa. Eidem *corpori* aliam *veſtem* induat, & *eidem* veſti *aliud* quærat corpus (quod in *Parodia* fieri ſolet apud *Poëtas*) *eandem* rem *aliis* verbis, eandem *verborum* ſtructuram cum aliis & novis *rebus* commutet. Fugienda eſt hîc autem *obſcuritas*, nè *tenebras* ibi faſſis

2. Paraphraſis.

Farnab. in Rhet. pag. 39.

☞

*Adjectiva *ſuis* Subſtantivis, *nec non* adverbia verbis *aptè copulata, unde oritur mira quædam ſublimitas & plenitudo orationis*

taſſis ingerat ubi *lumen* præbere debuiſſet.

3. *Synopſis*. 3. *Synopſis*, quæ fuſiorem alicujus *argumenti* tractationem *paucioribus* comprehendit & (quaſi *ſtrumis* exſectis, aut avulſis *plumis*) denudat velut ἀνατομίαν repræſentans *nervos* & *oſſa*, carne & *ſanguine deſtituta*, *exhibens*;

Exercitium (procul dubiò) haud penes *puerile* ingenium, ſi, cum *judicio* ut fiat, expectetur ut nihil ſcilicet neceſſarium aut *eſſentiale* (quod aiunt) in re *contractâ* deſideretur, ſed (ut *mundus* in *mappâ*) verè, & *proportionalitur* (pro ſuo modulo) exhibeatur. Majus enim longè eſt (artificium dicam an judicium?) in *Synopſi* quàm in *Paraphraſi*: Imperiti quippe *fabri*, rudes, & impoliti *artifices*, poſſunt craſſiora inſtrumenta *ligones* (utpote) aut *vomeres* fabricare, ſed *horologia* minuſcula portatilia, aut *Vulcania* retia omnino nequeunt, ſunt ſupra *ſphæram* ſuã, ſunt ultra *crepidam*.

4. *Metaphraſis*. 4. *Metaphraſis*, quando ſententia è linguâ *vernaculâ* in Latinam, aut contrà, vertitur. *Tranſlationes* (quas

quas vocant) hæ, ſi *vivâ voce* fiant audiente *præceptore*) magnoperè conducunt tam ad *Latinitatem* veram, & *Syntaxim* rectam, faciendam; quàm *ſtylum* dirigunt, ut pereleganter tandem & *oratoriè* aſſueſcat ſcribere puer ſcholaſticus.

Habet neſcio quid latentis energiæ vivæ vox & in aures diſcipuli de doctoris ore transfuſo, fortius ſonat Heiron.

5. *Variatio phraſium*, quando ſententia vertetur *infinities* (ſi poſsit) *eodem* manente *ſenſu*, phraſi tamen variatâ per Synonyma variatio iſta poteſt certiſſime *pueris* fieri, nunc per *vivam* vocem & ex *tempore*; nunc per *ſcriptionem:* ita tamen ut vitetur ingrata ejuſdem verbi aut ſermonis iteratio,

Particulæ *in* his *uſum habeat, quibus tanquam nervis, nodiſq; inconſcituendiſorationum membris utantur* dueri.

Et in hujus certè efficaſſimæ exercitationis *cardine*, vertitur Eloquentiæ *anna.*

5. *Variatio Phraſium. Reg.* 1.

De qua utiliſſima admodum puerili exercitatione, en *Regulas* quaſdam breves, *formulaſq;* aliquot, ſubtexui.

Vid. Alſtedii Lat. Gram. p. 442.

1. *Nominis* Subſtantivi in *Adjectivum* pereleganter, ſæpiuſculè fit variatio, ut

Adiit domum { *Patris.* / Paternam.

Magnitudo meritorum, i. e. magna merita.

juxta sententiam illam { *Ciceronis,* / Ciceronianam.
Virgilii, / *Virgilianum* } est illud.

Reg. 2.

Probatur in adversis { *amicus constans.* / amici constantia.

2. *Nominis* rei, in nomen *Personæ*, & contrà jucunda est *conversio*, ut

Nihil opus est { *meis monitis.* / *me monitore.*

Hoc ipsum { *Te impulsore* / *Tuo impulsu* } fecit

Quin desinas quæso tandem tam insolenter jactare { *Parentem divitem esse.* / *Patris tui divitias.*

Per Periphrasin, ut *Homo sapientiæ studiosus*, pro philosopho, animam *efflare*, pro mori———

Reg. 3.

3. *Propria* nomina, eleganter mutari possunt in *Appellativa*, ut scilicet loco appellativorum adhibeantur; ut, *Quid Cræsos, Sardanapalos, Hyppo-*

Hyppolytos, enumerarem? id eſt, divites, effœminatos, caſtos. *Divini inſtar Arionis*, Orphei, Lini, Amphionis, &c. inſtar *Muſici* peritiſſimi. Arte Plato, vitâ Cato Tullius eloquio, *id eſt*, vir doctiſſimus, *graviſſimus*, & eloquentiſſimus. *Alter Ciceroo vel Demoſthenes, id eſt*, eloquens. *Alter Phalaris, Therſites, Narciſſus, pro* crudeli deformi, *formoſe.*

Quid *Pylades & Oreſtes, Theſeos*, & *Perithoos*, Scipiones, & *Lælios, Ulyſſes*, & *Diomedes, Achilles* & *Patroclos, Damones* & *Pythias recenſerem?* id eſt, tot *paria* fidiſſimorum, verorúmq; *amicorum.* *Nota.*

☞ Sic in *Appellativis* etiam perelegantiſſimè, ut *Nullæ hic formicæ, nullæ apes, cicadæ* vero *plurimæ, plurimi fuci reperiuntur paſſim.*

4. *Nominis ſubſtantivi* per omnes *utriuſq; numeri*, caſus elegantiſſima, *ſuaviſſima*, atq; omnium optima eſt *variatio*, exempli gratia, ſit hæc ſententia vertenda variè. *Reg. 4.*

1. *Eruditio omnibus præterea rebus, eſt optabilior* 1. *Nominat.*

2. Præſtantiſſima eſt *Eruditionis* præ cæteris omnibus, in univerſâ naturâ, rebus, excellentia; utpote quæ nec mente comprehendi con- 2. *Genit.*

cipive, nec humani ſermonis penuri exprimi, multo autem minus ſuffici enter unquam laudari poterit.

3. *Dativus.* 3. Mihi uſpiam vel gemmarum cælati æris, auri, latifundiorum, au cœterarum alicubi poſſeſſionum quo *Eruditioni* ſit equiparandum nedu præferendum.

4. *Accuſat.* 4. Quis eſt (niſi cæcus) qui *Eru ditionem*, in, ſuper, præ omnibus om ninò aliis, in mundo rebus palmam non præripere, & clarè videat, & can didè fateatur?

5. *Vocat.* 5. Te, ô divina *Eruditio!* te (*in quam*) quis eſt, quæ citeris mundani opibus, reliquiſq; omnibus poſſeſſioni bus, plenis loculis, magnificis edifi ciis, ſplendidiſſimis apparatibus me ritiſſimè non prætulerit.

6. *Ablat.* 6. Præclarâ enimverò *Eruditione* multifariâq; rerum cognitione, ne mo (ut opinor) eſt ullibi *gentium*, qui eò proceſſit unquam dementiæ, uni verſam ut hujus ornatiſſimi mundi ſupellectilem (quantumvis ex ſolido fabricatam auro, flammas imitante pyropo, aut claris admodum ſmarag dis undequáq; reſplendentem) illâ opta-

optatiorem dixerit, utiliorémve dux-
erit.

Pluraliter.

1. Sint (demus) aliæ multæ ſublu- 1. *Nominat.*
naris hujus mundi, *opes*, facultates, *theſauri*, divitiæ, &c. appetendæ, congerendæ, &c. at quæ cum hone ſtâ inſtitutione conferantur, vel eodem (quod aiunt) die connumerentur, nul- læ unquam eſſe queant.

2. Quid (amabò) *omnium divitia-* 2. *Genit.*
rum, honorum, ſceptrorũ, *imperiorum*, *&c.* in totâ hac (quaqua versùm) re- rum circumſcriptione reperitur u- ſpiam, cui Eruditio non ſit princeps, facillimè, & imperatrix; atq; (ut *Phoſphorus* inter cætera *Sidera*, vel *ut inter ignes Luna minores*) præluceat omnifariam.

3. *Rebus*, in univerſum, *reliquis* 3. *Dativ.*
omnibus, principatum, pro ſua dig- nitate, prærepturam, eruditionem, nullus non facilè exiſtimabit, omni- que nectare, & ambroſiâ ſuaviorem prædicabit.

4. *Divitias* alii *crepent* ſuas ut nihil 4. *Accuſ.*
ſuprà; natalium *ſplendorem* jactent;

honoribus glorientur, at quis integri aut ſani judicii in animum uſquam inducat ſuum, ut vel minimam præclaræ *Eruditionis* portiunculam, omnibus illis non prætulerit?

5. *Vocat.* 5. O fallaces *divitiæ*! ô fluxæ *opes*! quid nobis confertis boni? tua (ô *Fortuna*) munera, non merentur, quæ adeò anxiè perſequamur. *Vos* autem *Muſæ Pieriæ*, vos *Artes* ingenuæ, vos *Studia* liberalia, ſoli eritis *Nobis* theſauri, quos omni conatu contrahemus, omni diligentiâ coacervabimus.

6. *Ablat.* 6. *Rebus cæteris* (tametſi quidem neq; omninò negligendis, nédum aſpernandis prorſus) *eruditionem* eſſe præſtantiorem, quis non dixerit? Imò *univerſis* illarum *cumulis* præclariorem *millies*, nemo eſt ſanæ mentis compos qui diffiteatur.

Reg. 5. *Nomen* in *Verbum* immutatur optimè, & contra *Verbum* in *Nomen* non ineleganter: ut, *Velle tuum poſſe meum*: id eſt, voluntas tua, facultas mea. *Judicent alii*: id eſt, aliorum eſto judicium. *Quæ* tua eſt *ſententia*? id eſt, quid *ſentis*? Non eſt mihi dubium,

bium, id eſt, Non dubito.

6. *Indicativus* in *Infinitivum* tranſire poteſt non inſuaviter, ut *Reg. 6.*

All men envied and ſlandered me, but I much cared not.

Omnes *invidere* mihi & *mordêre* clanculùm, ego autem flocci *pénderе*, &c.

7. *Gerundii*, & Supini, in *Gerundivum* fieri poteſt converſio elegans: ut *Abiit viſendæ matris gratiâ:* id eſt, Viſendi matrem, aut *abiit viſum matrem*, aut *abiit, ut videret* matrem Venit *ſpectatum*: id eſt ſpectandi cauſa. Is te *perditum*, pro *Te* perdis, *aut* Perditurus es. *Reg. 7. Gerundium gerundivum* ad accuſandum homines, *ad accuſandos homines.*

8. *Verborum* fieri poteſt perbella variatio ſi circumloquamur omnia omnium modorum tempora, per *fio*, &c. ut *hoc nempe modo, omnes te amabunt*, ab omnibus amabere: *hoc quidem pacto fiet ut omnes te ament*, ut amêris ab omnibus. *Sic divincies tibi hominum animos indiſſolubiliter.* Ita fiet ut hominum animos indiſſolubili prorſus nexu tibi in æternum devincias. *Si ſuam mihi probaverit diligentiam, magnâ me lætitiâ affe-* *Reg. 8. Verbum nomine*, ut alii judicent. *aliorum eſto judicium. Verbum participio, ut* amantem redama: *redama eum qui te amat.*

Verbum ſupino, venit ereptum, *venit ut eripias.*

cerit—*Si factum fuerit* ut ſuam mihi probet diligentiam———

Ego existimo { *poſſe ipſum* tibi ſatisfacere. / *fieri poſſe ut is* tibi ſatisfaciat.

Reg. 9. *Habeo tibi gratiam, habetur à me tibi gratia.*

9. *Activa* mutantur optimè in *Paſſiva aut contra*; ut, *Iracundiam qui vincit, hoſtem ille vincit maximum.* A quo iracundia vincitur, ab eo hoſtis ſuperatur maximus.

Reg. 10.

10. *Infinitivi* in *Participium*, *Gerundium*, vel Gerundivam vocem (quæ verti ſolet in *nomina adjectiva*) perbelliſſima ſanè eſt variatio, * ut, *Copiis eum omnibus circumfluere prædicant.*

* *Vt etiam in poſterius ſupinum, ut* indignum auditus.

Omnibus eum copiis circumfluentem prædicant.

Quis non ſummas intenderet vires doctrinam obtinere?

Quis omnem operam non navaret ad eruditionem { *obtinendum* / *obtinendam.*

Adverbium nomine, ut *frequenter* eſt in aula: *frequens* eſt in aula.

Reg. 11.

11. *Comparativorum* variatio fit multifariam, ut, *Virtus eſt auro precioſior.*

cioſior, *Magis precioſa eſt virtus quam aurum.* Non perinde precioſum eſt aurum atq; virtus, non ſecus, æquè ; ac ſi *Virtus auro eſt anteponenda*, &c. Non enim *thymus* apibus, non res cibalis dulcior eſt nobis, quàm virtus precioſa. *Preſtantius eſt illud quod ex literis, ex virtute, emergit nobis emolumenti, quàm ut vel Crœſus ipſe, ſi univerſas ſuas facultates exhauriat, par eſſe poſſit, aut ſi alicui fontes* (ut Poetæ fabulantur) *aurei* aut *Pactolus* aliquis *aureas* volvens arenas non tamen, &c.

12. *Superlativorum* variatio fit plurifariam, * ſic,

Honeſta pueritiæ inſtitutio.

1 *eſt* { *omnium rerum* / *inter omnes res* / *ex omnibus rebus* / *ante res cæteras* } *utiliſſima.*

2 *eſt utilior* { *omnibus rebus.* / *ipſâ utilitate.* }

Nihil bonâ inſtitutione exiſtit melius. *Nihil æquè ac virtuoſa inſtitutio, eſt utile* —— Nihil perinde ac —— Nihil tam utile quàm eſt ——

Utilitate { *res omnes ſuperat* / nulli rei cedit. }

Reg. 12.
1 Per affirmationem, *vir omnium eloquentiſſimus: vir cæteris omnibus eloquentior*, vel *quam cæteri omnes.*
2 *Per* Negationem, *quo nemo eſt eloquentior.*

est utilis. { *quàm quod est* { *utilissimum* / *maximè utile.* } / *Si quidquam aliud.* / *Si quæ res alia.* }

Nihil undiquaque rerum est ullibi honestæ institutioni æquiparandum.

Reg. 13. 13. Per *Conjunctiones*, variatio *phrasium* fit diversimodè, ut, *Vir est neq; doctus, neq; probus.* 1. Vir est indoctus & improbus. 2. Etsi doctus est, non tamen est probus. 3. Utcunq; literarum scientiâ sat inclaruerit, morum nihilominus candore omnibus existit inferior. 4. Vir eruditione quidem egregiâ, verùm moribus illaudatis. 5. Est ille quidem eruditus, verùm parùm probus. 6. Vir est, ut eruditione quidem magnâ, ita probitate nullâ. 7. Vir est, cujus literaturæ non respondet morum probitas. 8. Vir magnâ quidem eruditione, verùm probitate morum longè inferior. 9. Impius, juxtâ, & ineruditus. 10. Vir est quâ eruditionis laude, quâ improbitatis dedecore insignis pariter. * Vir cui nihil omninò est bonarum literarum bonorum

* *Vid. alias Lat. Gram.* 442.

norum quoque morum tantundem, &c.

Æquipollenter, ut, *omnia* fecit *nihil non* fecit: vir doctus, vir minimè indoctus——

14. Per *Interrogationem admirationem* & *Proſopopœiam* eleganter admodum variatur ſententia, ut *O diſcendi cupiditas! quid non efficis ubi generoſa ſemel occupaſti ingenia? per ſaxa per ignes diſcurrere cogis non invitos; dies noctéſque obnixé ſtudere adoleſcentulos; & in curſu ad Heliconа, in difficili aſſcenſu, ardui illius acuminis Parnaſſi quos* (quæſo) *non reddis, impigerrimos?* Non eſt miſerum mori —— *uſq; adeóne mori miſerum eſt?* Quis illo vel quiſquamne illo eſt eloquentior? *nunquid putas tibi otioſo, illapſurum cœlitus eruditionem? Per Admirationem*, Pape! quid dicam? quid hoc *rei* cenſeam? *Reg.* 14.

Audito (ſodes) *ſi non meam ſaltem Scholæ hujus ſub cujus tecto commoraris, imo ſubſelliorum ubi jam ſedes* 2 *Per Proſopopœiam.*
vocem, ſuſpiria ſingultus, quæ ſub inutili otioſi adoleſcentis pondere videntur ingemiſcere, & in hanc aliquoties pro-

prorumpere querimoniam; *Omnem* (mi puer) *omnem* (nimium) *languorem*, ſoporem, *ignaviam*, *ſi ſapis* (imò ut ſapias) *projice*, *haud poterit fœlix*, *abſq; labore*, *vita degi*, & puerum *diſcere nolle turpis res eſt*.

Reg. 15. 15. Per Ironiam, ut non magnam laudem aſſecutus es. Egregiam verò laudem aſſecutus es. Populus non curat hoc: *id* populus curat ſcilicet?

Reg. 16. 16. Per exclamationem, *ut* homo eſt inſigni audacia. *O ſingularem hominis audaciam!* O ſtupendam *viri eloquentiam!*

Variationes Eraſmiana. *Brevis de* Copia *præceptio, ex Def.* Eraſmo *Roterod.*

Reg. 1. 1. Res ipſa, *puris*, electis, ac Latinis *verbis* efferenda eſt.

2. Deinde *mutatoriis* verbis utendum, ſi qua, quæ idem efficiant, reperiantur.

3. Demum ubi *propria* deficient, *tranſlatitiis* erit utendum.

4. Ea quoque ubi deerunt, ſi per *Activa* dixiſti, ad *Paſſiva* revertendum eſt.

5. Poſtea,

5. Poſtea, *verba* (ſi licebit) aut in *nomina* verbalia, aut in *participia* commutabimus. 5.

6. Poſtremò ubi modò *Adverbia* in *nomina*, modò *nomina* in alias, atq; alias *partes* commutaverimus; per *Contrarium* dicemus. 6.

7. Aut *Affirmativum* orationem in *negativum* commutabimus, aut retrorſum. 7.

8. Aut certè, quod *pronunciativè* dictum eſt, per *Interrogationem* efferemus. 8.

Exemplum *Variationis* juxta regulas prædictas.

Literæ tuæ magnoperè me delectârunt.

Litere tuæ.

Epiſtola, epiſtolium, ſcripta, ſchedæ, literæ.

Magnoperè.

Mirum in modum, miris modis, majorem in modū, mirandū in modum, ſupra modum, plurimùm, non mediocriter, ſummoperè, maximoperè.

Me-

Me

Animum meum, pectus meum, oculos meos, cor meum, Christianum

Delectarunt.

Voluptate affecerunt, recreaverunt, exhilarârunt, voluptati fuerunt, oblectârunt, voluptate perfuderunt, mellitissimæ fuerunt, jucundissimæ, &c. " *Habes materiam, tuum erit* " *componere*;

Tuæ literæ magnopere me delectârunt. Tua epistola mirificè *nos* exhilaravit.

" Verte jam *Activum* in *Passivum* " & alia erit facies: ut *diei non potest quam tuis sim scriptis exhilaratus.*

Item per alia verba idem efficientia.

Tuis ex literis incredibilem cepi voluptatem. Ex epistola *eelsitudinis* tuæ plurimum voluptatis accepi. Non mediocrem lætitiam tua mihi scripta attulerunt. Gaudio tua me scripta, quantus eram perfuderunt. " *Hic* " *non ita liceret mutare in passiva,* " *nisi in illo postremo*, perfusus gaudio " *quod usitatè dicitur.* Capiebatur à me voluptas, allatum est gaudium, " *non perinde usitatè dixeris.*

Nota.

Per

Per afficio.

Singulari voluptate *me* tuæ affecerunt *literæ.*

Muta in Passivum.

Tuis scriptis incredibili sum affectus voluptate. Non parum gaudiorum tuum nobis *epistolium* peperit.

Per Sum *& nomina*, Adjectiva.

Tuæ mihi literæ, multis modis jucundissimæ fuerunt. Fuit tua illa epistola, sanè quàm gratissima.

Per nomina *Substantiva.*

Ineffabili voluptati tua nobis epistola fuit. Incredibili jucunditati fuerunt tuæ literæ.

Commuta in negationem.

Tua scripta non mediocri lætitiæ fuêre. Nihil in vita, tuis literis accidit jucundius. "*Quanquam hac ra-*
"*tione aliquoties jam usi sumus, quæ*
"*non est negligenter prætereunda.*
"*Nam quoties, multum, plurimum*
"singulariter, *significare volumus*, per contrarium verbum, *idem efficiemus*, ut *vehementer te amat Henricus.* Haud vulgariter te amat. *Multum me juvat vinum*, haud parum juvat. *Vir singulari ingenio.* Est vir ingenio

ingenio non vulgari. Est homo doctrinâ admiranda. Est homo non contemnendâ doctrinâ *Thomas est summo, apud suos, loco natus.* Non infimo loco natus. *Augustinus eloquentissimus fuit.* Non ineloquens fuit. *Carneades orator fuit nobilis.* Non ignobilis, non obscurus. "*Et id genus similia, quæ nunquam non usu veniunt.*

"*Sed admonuisse rem clarissimum* "*satis est. Nec te lateat, bifariam nos hujusmodi orationum generi uti.* 1. Modestiæ causa, *præsertim* si de *nobis* ipsis loquamur. Tum etiam. 2. *amplificandi* gratiâ. Nam *non ingratum* pro *valdè gratum*, non vulgariter pro *singulariter*, rectè & venustè dicimus.

Modestiæ *causâ.*

Ego literis meis nonnullam doctrinæ sum opinionem consecutus, Semper curavi ut in literariâ gloriâ non postremas tenerem. "De *Am-* "*plificatione* superiora *sunt exempla* "*nunc ad nostra revertamur.* Nihil tuâ epistolâ unquam evenit gratius. Nulla res majori unquam voluptati fuit quàm tua scripta. Nullâ unquam

quam ex re, tantundem cepi voluptatis, quantſi ex tuis literis amantiſſimis. " *Hoc modò ſingulæ orationes ſuperiores* " *poterunt* variari *per interrogationem. Quid* vis literis in vita jucundius eſſe potuit?

Quid epiſtolâ illâ tuâ nobis evenit dulcius? Quid ita oblectavit unquam ut proximæ tuæ literæ? *Hoc modò rurſum ſingulas ferè orationes variare licebit. Jam paulò liberiùs totam orationem vertemus, ut unam dictionem pluribus verbis circumloquamur, exempli cauſa*; Quod *modò*, per nomen *incredibile*, modò per *adverbium* incredibiliter, *dictum erat*; unam *dictionem*, aliquot verbis *commutabimus*. Literis conſequi nequeã, quantum tuis literis ſim delectatus. Et *mihi* ſcriptu, & *tibi* creditu, perdifficile fuerit, quantæ jucunditati *tua* mihi ſcripta fuerunt. Explicare prorſus nequeo, quàm ſim tuis literis gaviſus. *Et item in* infinitum *Rurſum alio pacto. Nam hactenus & per* negationem, *& per* interrogationem, *poſtremò per* infinitas *orationes* variavimus. *Nunc per* ſubjunctivas.

ſubjunctivas *ſive* conditionales *variabimus*, *hoc modo.*

Moriar, ſi unquam quicquam fuit tuis literis, aut optatius, aut dulcius. Peream, ſi ulla res majori voluptati fuit quam tuæ literæ. Ita me *Deus* amet, ut nihil in vita tuis literis accidit jucundius. " *Et Item alia multa* " *in hunc modum excogitare licebit. Nunc ad* tranſlationes, *ſimilitudines*, & exempla *fugiendum eſt.*

Tranſlatio *eſt in bis.*

Variationes per Metaphoram, &c.

Accepi literas tuas, quæ *mellitæ* fuerunt. Nihil niſi meræ delitiæ tua mihi ſcripta videntur. Mera voluptas ſunt tuæ literæ. *Et hujuſmodi plurima.* " *Sed cavendum nè* obſoletis, " *aut* durioribus tranſlationibus *utamur*, *quale eſt illud.*

Jupiter hybernas canâ nive conſpuit *Alpes.*

" Et *quale eſt illud*, Cœna tuorum *ſcriptorum*, me ſuaviſſimis *epulis* refecit.

Comparatio à *Simili.*

Tua ſcripta omni vel *Ambroſiâ* vel *Nectare* ſuaviora fuêre. Literæ tuæ, quovis *melle* mihi fuere dulcio-

res.

res. Epiſtola *humanitatis* tuæ, & *ſiliquam* omnem & mel *Atticum*, & ſaccharum omne, *Nectar*, Ambroſiámq; *deorum* longè ſuperavit. "*Hic quic-*
"*quid dulcedine, nobilitatum eſt, in*
"*medium adduci poteſt.*"

Ab Exemplo,

Nunquam adducar, ut credam *Hero*, Leandri *ſui* literas, aut majore voluptate, aut pluribus oſculis accepiſſe quàm tuas accepi: *Vix* crediderim, aut *Scipionem*, everſâ *Carthagine*, aut *Paulum* Æmilium *capto Perſeo*, magnificentiorem, egiſſe Triumphum, quàm ego, ſimulac ſuaviſſima tua ſcripta tuus mihi tabellarius reddidit "*Hujuſmodi tum ex fabulis, tum ex*
"hiſtoriis *infinita poſſunt inveniri*;
"E phyſicâ *vero ſumuntur rerum ſi-*
"*militudines, quarum quàm plurima-*
"*rum naturas memoriter tenere neceſſe*
"*eſt.* Nunc ſi libet in *aliâ* ſententia tentemus.

Nunquam dum vivam, tui eris immemor. Semper dum vivam, tui meminero. Quoad vivam, nunquam *me* tui capiet oblivio. Priùs vivere deſinem quàm *tui* meminiſſe.

Per-

Per comparationem.

Si umbram corpus potuit effugere & *hic* animus, *tui* quibit obliviſci. *Tui* memoriam nè *Lethæus* quidem amnis poterit abolere.

Præterea per ἀδύνατον, *Aut* more poëtico, per *contraria.*

Dum juga montis aper, fluvios dum piſcis amabit.

Ante leves ergo, &c.

" *quæ non eſt multi negotii excogitare.*

Secundo variationes Whitingtonianæ:

Ecce tibi alias *Variandi* formulas (*Studioſe Lector*) quibus aſſuetus alquantiſper, ad affluentiſſimam verborum *Copiam* pervenias tandem. Eas olim *R. Whitington* ſuæ compoſuit puericiæ *Lichfieldienſi*—Si fructus aliquippiam ex his lucubratiunculis perceperis, Salvatori Chriſto *Jeſu*, reſunde gloriam.

Phraſis varianda hæc eſto.
Cicero tam, &c.

Sententia variando. *Cicero tam ingenio quàm arte præſtantiſſimus, magnoperè ſtuduit rem literariam ampliare.*

Prima

Prima variatio fiat è *nominativo*, per omnes *obliquos*, verbo mutato in nomen *verbale*: *ſic.*

Ciceronis *tam ingenio*, quàm *arte præſtantis* ſtudium *fuit*, *rem literariam ampliare.* *Per omnes caſus.*

Ciceroni *inerat vehemens deſiderium.*
Ciceronem *ſumma tenuit cupiditas.*
O Cicero, *inſatiabilis erat tua voluntas.*
Cicerone *quis ſtudioſior*
A Cicerone *ſumma adhibita eſt diligentia.*
} *rem literariam ampliandi.*

Secunda variatio ex æquo ſic.

Cicero
Tam *ingenio*, quàm *arte*
tum *ingenio*, tum *arte*
& *ingenio*, & *arte*
ingenio pariter & *arte*
ingenio, ſimul, & *arte*
ingenio, non minùs, ac *arte*
ingenio juxtâ ac *arte*
ingenio, non ſecùs ac *arte*
ingenio, haud aliter ac *arte*
ingenio, æquè ac *arte*
ingenio perinde ac *arte*
} pluri-
nùm
ſtuduit
rem literariam
ampli-
are.

ſimul

Cicero.

- ſimul *ingenio*, ſimul *arte* præſtantiſſimus.
- ingenio, non magis, ac arte
- ingenio, non ampliùs ac arte
- ingenio non plùs quàm arte
- ut ingenio, ita arte.
- ingenio haud inferior, quàm arte.
- ingenio & item arte.
- pari vel ingenio vel arte.
- ingenio non ſolùm ſed etiam arte.
- ingenio non tantùm, ſed etiam arte
- ingenio non modò, ſed etiam arte.
- arte nedum ingenio.
- ingenioſiſſimus, idem doctiſſimus.
- ingenii non minori præſtantiâ, ac arte.
- ingenii æquâ cum artis præſtantiâ.
- ingenii non minore ac artis præſtantiâ.
- de quo dubites, an ingenii, an artis major præſtantia.
- in quo *ingenii* præſtantia cum

pluri-mùm ſtuduit *rem literariam* ampli-are.

Cicero

Cicero

- *arte* comparanda certat.
- cujus ingens ingenii præſtantia doctrinæ reſpondet.
- cujus ingenii præſtantia artem æquiparat.
- qui *artis* præſtantia cum *ingenio* æquat.
- præter *artem*, ingenio præſtans.
- præterquam quod ingenio, etiam arte præſtans.

} pluri-mùm ſtuduit *rem literariam* ampliare

Tertia variatio per *Synonymiam* hujus dictionis PRÆSTANS

Cicero tam ingenio quàm arte valdè.

- præſtans
- præpollens
- præcellens
- excellens
- antecellens
- prænitens
- præcipuus
- ſingularis
- eximius
- egregius
- perſpicuus
- illuſtris
- inſignis
- præclarus

} magnopere ſtuduit *rem literariam* ampliare.

4. *Alia*

4. *Alia* variatio per *Relativum*, & Synonymiam *verbi*; ſic,

Cicero qui tam *arte* quàm *ingenio* valdè

- præſtitit
- præpolluit
- præcelluit
- excelluit
- antecelluit
- prænituit
- præluxit
- præfulſit
- reſplenduit.

plurimum ſtuduit rem *literariam* ampliare.

5. *Alia* variatio per Synonymiam *Subſtantivi* in *obliquo*, cum *verbo* conjuncti per *Periphraſin*.

Cicero qui tam *ingenii* quàm *artis* ſingulari

- præſtantiâ
- excellentiâ
- politie
- candore
- nitore
- ſplendore
- magnitudine
- magnificentiâ
- claritate
- perſpicuitate

præluxit plurimùm ſtuduit *rem literariam* ampliare.

6. *Alia*

6. *Alia variatio*, per Syntaxin Relativi, in Genitivo.

Cicero, cujus insignis erat tam *artis*, quàm *ingenii*	præſtantia excellentia polities claritudo candor nitor ſplendor magnitudo perſpicuitas	plurimùm ſtuduit *rem literariam* ampliare.

7. Alia *variatio*, per Syntaxin *Relativi*, in *Dativo*.

Cicero, cui inerat ſingularis, tam *artis* quàm *ingenii*	præſtantia excellentia candor. polities	plurimùm ſtuduit, &c.

8. *Alia variatio* per Syntaxin Relativi in *Accuſativo*: ſic.

Cicero	ditavit	præſtantia	
quem	ornavit	excellentia	
tam *artis*	decora-	candor	plurimùm
quàm	vit.	ſplendor	ſtuduit,
ingenii	celebra-	nitor	&c.
	vit	polities.	
		magnitudo	

9. Alia *variatio* per Syntaxin *Relativi* in Ablativo, *Subſtantivo* mutato in *Adjectivum* Neutrius generis per *Hyperbolon.*

Cicero quo	præſtantius	
tam *arte*,	excellentius	
quàm *inge-*	candidius	
nio nihil	ſplendidius	pluri-
mortale	politius	mùm ſtu-
	perſpicacius	duit, &c.
	magnificentius	
	magis perſpicuum	

10. *Alia*

10. *Alia* variatio per *comparativum* univerſali *negativo* adjuncto.

Cicero quo præſtantior
tam *arte* excellentior
quàm *ingenio* candidior
nemo, ſplendidior
non alter, politior
nullus —— perſpicatior
} plurimùm ſtuduit, &c.

11. Alia *variatio* augendo *comparationem* per Adverbia, *multò & longè*; ſic,

Cicero qui præſtantior
tam *arte* excellentior
quàm *ingenio*, candidior
cæteris ſplendidior
multò vel politior
longè. perſpicacior
} plurimùm ſtuduit, &c.

12. *Alia* variatio, per *ſuperlationem* augendo cum *adverbiis multò* & *quàm*: ſic,

Cicero, qui tam *arte* quàm *ingenio* multò *vel* quàm

- præſtantiſſimus
- perſpicaciſſimus
- ſplendidiſſimus
- politiſſimus
- excellentiſſimus
- illuſtriſſimus
- præclariſſimus

} plurimùm ſtuduit, &c.

13. Alia *variatio*, per verba *ſuperlationis* cum adverbiis *multò*, *longè* & *facilè*: ſic,

Cicero, qui tam *arte* quàm *ingenio* longè, multò, facilè

- præſtitit
- vicit
- ſuperavit
- excelluit
- antecelluit
- præpolluit
- prænituit
- præluxit
- anteceſſit
- anteivit

} plurimùm ſtuduit, &c.

14. *Alia*

14. Alia *variatio*, per Synonymiam hujus *Adverbii* plurimùm.

Cicero, qui tam *arte* quàm *ingenio* præſtantiſſimus { plurimùm, admodum, mirum in modum, ſummopere, maximopere, valdè, obnixè, apprimè, oppidò, impendiò, maximè, vehementer, iterum atq; iterum } ſtuduit *rem literariam* ampliare.

15. Alia *variatio* per Synonymiam hujus verbi *ſtuduit*: ſic,

Cicero, tam *arte* quàm *in genio* præſtantiſſimus	ſtuduit elaboravit inſudavit invigilavit applicuit animum adjunxit animum dedit operam ſummam navavit operam ſummam	ut *rem literariam* ampliaret.

16. *Alia* variatio mutando *verbum* in nomen *verbale*.

Ciceronis, qui tam *arte* quàm *ingenio* præſtantiſſimus erat, vehemens fuit	ſtudium labor induſtria opera diligentia deſiderium	ut *rem literariam* ampliaret.

vel

vel ſic,

Cicero tam *arte* quàm *ingenio* præſtans, ſummopere fuit. { ſtudioſus / avidus / cupidus / diligens / induſtrioſus } in re *literariâ ampliandâ.*

17. *Alia* variatio per Syntaxin *verbalis*, per omnes caſus.

Cicero tam *arte* quam *ingenio* præſtantiſſimus, impendit plurimum. { ſtudii / laboris / induſtriæ / ſudoris / operæ / diligentiæ } ut *rem literariam* ampliaret.

18. Alia *variatio* per Syntaxin *Dativi* ſic,

Cicero, tam *arte* quàm *ingenio* præſtans, intentus eſt ingenti. { ſtudio / labori / induſtriæ / operæ / diligentiæ / ſudori } ut *rem literam* ampliaret.

19. *Alia* variatio, per Syntaxin *Accuſativi*, mutato *Adverbio* in *Adjectivum*: ſic,

Cicero, tam arte quàm *ingenio* præſtantiſſimus adhibuit, *vel* impendit	ſummum ſtudium maximum laborem permagnam induſtriam ingentes ſudores immenſam diligentiam non parvam operam	in *re literariâ* ampliandâ.

20. *Alia* variatio, per Syntaxin *ablativi*, mutando *infinitivum* modum in *verbale*: ſic,

Cicero tam *arte* quam *ingenio* præſtantiſſimus, proſecutus eſt ingenti	ſtudio labore induſtriâ ſudore diligentiâ	*ampliationem rei* literariæ.

21. *Alia*

18. Alia *variatio*, per Synonymiam hujus *infinitivi*, ampliare.

Cicero, tam arte quàm ingenio præſtantiſſimus, ſummopere ſtuduit	ampliare	*rem literariam.*
	amplificare	
	locupletare	
	ditare	
	celebrare	
	magnificare	
	decorare	
	ornare	

22. *Alia* variatio, mutando *infinitivum* ampliare, *in Gerundium in* Di: *ſic*,

Ciceroni, qui *tam* arte quàm ingenio præſtitit, inerat ſummum ſtudium.	ampliandi	*rem literariam.*
	amplificandi	
	locupletandi	
	ditandi	
	celebrandi	
	decorandi	
	exornandi	

23. *Alia* variatio mutando *infinitivum* ampliare, *in Gerundium in* Dum.

Cicero, *tam* arte *quàm* ingenio præſtans, ſummam adhibuit diligentiam, ad { ampliandum / ditandum / locupletandũ / exornandum / celebrandum } rẽ literariã.

24. Alia *variatio* mutando *infinitivum* in Gerundium in *Do*.

Cicero, tam arte *quàm* ingenio præſtantiſſimus aſſumpſit plurimùm ſtudii, in { ampliando / ditando / locupletando / exornando / celebrando } rem literariã.

25. *Alia*

25. *Alia* variatio mutando *Gerundium* in *verbale* accuſativi casûs.

Cicero, tam arte quàm ingenio præſtantiſſimus ingentes ſudores perpeſſus eſt, *circa* { ampliationem / amplificationem / locupletationem / exornationem } { rei / literariæ }.

26. *Alia* variatio per Syntaxin *verbalis* in ablativo.

Cicero, tam *arte* quàm *in genio* præſtantiſſimus maximam fecit diligentiam { ampliatione / amplificatione / locupletatione / exornatione } { rei literariæ }

24. Alia *variatio*, mutando Gerundia in *Conjunctivum* modum *verbi*: ſic,

Cicero non parum *laboris* ſuſcepit, ut { ampliaret / locupletaret / ditaret / exornaret } { rem literariam.

28. Alia *variatio*, per Synonymiam harum dictionum, *rem literariam*.

Cicero, tam *arte* quàm *ingenio* præſtantiſſimus, plurimùm ſtuduit { rem literariam / Romanam linguam / Latinum ſermonem / Latialem ſermonem / Latinũ eloquiũ } ampliare.

Exemplum

☞ Exemplum *Amplificationis.*

Ego Germanum *Fratrem* meum, ſummo amore, ſummo honore, ſummâ benevolentiâ & charitate, non minus proſequor & amplector quàm ille *me*, aut ſolet, aut poteſt.

Coronidis loco:

Concluſio hortatoria, ad eloquentiam & verborum copiam comparandam.

Suadeã idcircò, imò imperẽ *vobis (lectiſſimi juvenes*, quibus hoc opuſculum commendatum cupio) per *floreos* Authorum *agros*, amœniſſimos *Oratorum* campos, liberiùs divagari & (*inſtar Apum*) omni floſculo (unde mel colligatis) inſidére, μελιγλώσσων ἀοιδῶν ἄνθεα decerpere; *Atticiſq;* ceris, veſtra ſtipare *mella*; quorum *floribus* lemniſcata *veſtra* exercitia, nimiò multò elegantiora exſurgant, & omni melle dulcior, *Indica* ſucco *canne* ſuavior fluat oratio.

Veſter autem labor omnis eò impendendus, ne quæ dicitis *illorum* ſed *veſtra* videantur, quamvis do-

Buchler. Theſaur. Poetic.

ctos

ctos viros unde illa hauseritis, no
fallat. *Apes* imitari præcepit *Sen*
Senec. Epist. 87. 'quas videmus volitare per *fl re*
'*rura* & succos ad mellificandu
'idoneos, quærere; *vos* similiter qu
'ex diversâ, seu multâ *unius* lectio
'ne congestistis, *separare* debetis, de
'inde (adhibitâ ingenii curâ & fa
'cultate) in unum *saporem* varia ill
'libamenta confundere; ut etiam
dem, ibidem. 'apparuerit *unde* sumptum sit, *aliu*
'tamen esse, quàm *unde* sumptum es
'appareat. Quod in *corpore* nostro
'videmus, sine ulla opera nostra
'*Naturam* facere: *alimenta* quæ ac
cepimus; quamdiu in *sua* perduran
qualitate & *solida* innatant, *stomach*
oneri sunt; at cum, ex eo quod erant
mutata sunt, tunc demùm in *vire*
& *sanguinem* transeunt: idem i
his quibus *aluntur*. Ingenia, præste
tis seduli; ut quæcunque *hausistis*
alicubi, aut *exsuxistis*, non patiami
ni esse *integra*, (nè *aliena* sint) se
concoquatis illa, sed digeratis, ut *ve*
stra sint. *Servi enim est pecoris, inep*
tissimi consarcinatoris unam aliquam
prætextam purpuream repræsentare

non posse corpus universum effingere; sed ut pictor ille (apud *Poetam*) *Humano capiti cervicem equinam jungere.* Horat. *Vos* jam in ipsa *Artium* ingenuarum *officinâ*, eritis statim *artifices* (quamvis sub meo jam *malleo* & *incude* mea;) *& è pueris illicò naſcemini ſenes, neque harum ultra affines eritis rerum quas fert* institutio scholastica; *Nuces* autem has, *nugas*, & *crepundia oratoria, tyronibus* relinquetis, vosmetipsi emeriti & *rude* donandi.

Interim si hæc *Methodus* (quam signavi *vobis*) in *usum* transferatur quotidianum, *oratio* vestra, *Attico* madens *succo*, non solùm *vobis* honorem, & plausum; sed & *Auditoribus* vestris voluptatem pariet incredibilem, ut (instar *Herculis* illius *Galli*) *aures* hominum, suavissimis *periodorum* clausulis captivas (*quasi & auriatis catenulis*) circumducatis. Id quod *vobis*, ex animo (aut meo si quid majus est animo) precor. Valete, & *mei* estote (ut ego *vestri*) apud *Deum* memores, iterum Valete.

Des.

ctos viros unde illa hauseritis, non fallat. *Apes* imitari præcepit *Sen.*

Senec. Epist. 87. 'quas videmus volitare per *flo-*
'*ra* & succos ad mellificandum
'idoneos, quærere; *vos* similiter qua
'ex diversâ, seu multâ *unius* lectio
'ne congestistis, *separare* debetis, de
'inde (adhibitâ ingenii curâ & fa-
'cultate) in unum *saporem* varia illa
'libamenta confundere; ut etiam si

dem, ibidem. 'apparuerit *unde* sumptum sit, *aliud*
'tamen esse, quàm *unde* sumptum est
'appareat. Quod in *corpore* nostro
'videmus, sine ulla opera nostra;
'*Naturam* facere: *alimenta* quæ ac-
cepimus; quamdiu in *sua* perdurant
qualitate & *solida* innatant, *stomacho*
oneri sunt; at cum, ex eo quod erant,
mutata sunt, tunc demùm in *vires*
& *sanguinem* transeunt: idem in
his quibus *aluntur.* Ingenia, præsta-
tis seduli; ut quæcunque *hausistis*
alicubi, aut *exsuxistis*, non patiamini esse *integra*, (nè *aliena* sint) sed *concoquatis* illa, sed digeratis, ut *vestra* sint. *Servi enim est pecoris, ineptissimi consarcinatoris unam aliquam prætextam purpuream repræsentare*

non

non posse corpus universum effingere; sed ut pictor ille (apud *Poëtam*) *Humano capiti cervicem equinam jungere. Vos* jam in ipsa *Artium* ingenuarum *officinâ*, eritis statim *artifices* (quamvis sub meo jam *malleo* & *incude* mea;) *& è pueris illicò naſcemini ſenes, neque harum ultra affines eritis rerum quas fert* institutio scholastica; *Nuces* autem has, *nugas*, & *crepundia oratoria, tyronibus* relinquetis, vosmetipsi emeriti & *rude* donandi. Horat.

Interim si hæc *Methodus* (quam signavi *vobis*) in *usum* transferatur quotidianum, *oratio* vestra, *Attico* madens *succo*, non solùm *vobis* honorem, & plausum; sed & *Auditoribus* vestris voluptatem pariet incredibilem, ut (instar *Herculis* illius *Galli*) *aures* hominum, suavisonis *periodorum* clausulis captivas (*quasi auriatis catenulis*) circumducatis. Id quod *vobis*, ex animo (aut meo si quid majus est animo) precor. Valete, & *mei* estote (ut ego *vestri*) apud *Deum* memores, iterum Valete.

Des.

Def. *Erasmi* Roterodami, de Ratione *studii*, ad Christianum Lubicensem *Epistola* paræneticа.

Cùm te incredibili quodam literarum ardore flagrare minimè dubitarem (*N. non vulgaris amice*) *hortatione* nihil opus putavi, sed ejus, quam ingressus esses, viæ *duce* modò ac tanquam indice. Id quod *mei* officii esse judicavi, videlicet ut *tibi*, homini non modò multis modis copulatissimo, verùm etiam jucundissimo, *vestigia*, quibus *ipse* à puero *essem* ingressus, commonstrarem. Quæ si *tu* pari curâ accipies, atque ego dicturus sum, futurum confido, ut neque *me* monuisse, neque *te* paruisse pœnituerit.

1. *Eligere præceptores.*

2. *Diligere.*

Prima igitur cura sit, ut *præceptorem* tibi deligas quàm eruditissimum; Neque enim fieri potest, ut *is* rectè quemquam erudiat qui sit *ipse* ineruditus; *quem* simul atq; nactus eris, fac omnibus modis efficias, ut *ille* patris in te, *tu* filii in *illum*,

um, viciſſim induas affectum. Ad quod quidem cùm ipſa *honeſti* ratio nos debet adhortari, quòd *non minus debeamus iis*, *à quibus rectè vivendi* rationem, quàm à quibus *vivendi* initia ſumpſimus; tum *mutua* iſta *benevolentia* tantum ad diſcendum habet momenti, ut *fruſtra literarum præceptorem ſis habiturus niſi habueris & amicum.* Deinde ut 3. *Aſſiduum illi eſſe.*
te illi, & *attentum*, & *aſſiduum* præbeas, Contentione enim immodicâ, nonnunquam obruuntur ingenia diſcentium. *Aſſiduitas* verò, & mediocritate *ſuâ* perdurat, & quotidianis exercitationibus, majorem *opinione* cervum accumulat. *Satietate*, cùm omnibus in rebus, tum præcipuè in *literis* nihil perniciosius. *Laxanda* 4. *Satietatem cavend. in ſtudiis.*
ſt igitur aliquoties illa *ſtudiorum* contentio, intermiſcendi *luſus*, ſed liberales, ſed *literis* digni, & ab *his* non nimis abhorrentes. Imò meiis ipſis *ſtudiis*, perpetua quædam *voluptas* admiſcenda eſt, ut *ludum* potius *diſcendi*, quàm *laborem* exiſtimemus. Nihil enim *perdiu* fieri poteſt, quod non *agentem* aliqu â vo-

luptate.

'luptate remoretur, *Optima* quæque 'statim, ac *primum* disce. *Extremæ est dementiæ dicere dediscenda.* Quod in curando *stomacho* solent præcipere *medici*; idem *tibi* in ingeniis servandum puta. Cave ne aut *noxio* aut immodico *cibo*, ingenium obruas, utroq; enim *juxtà* offenditur,

Libros non refert quàm multos habeas, sed quàm bonos, Sen. ep. 45. 6. *At rerum optimarum.* 2. ῥᾳδιο μαθίας *ratio.*

Ebrardum Catholicon, Brachilogum *cæterósque* id genus, quos percensere neque possum neque operæ pretium est, *iis* relinquito, quos *barbariem* immenso labore dicere juvat. Initio, non quàm multa, sed quàm bona percipias, refert. Sed jam rationem accipe, quâ possis, non solùm *rectiùs*, sed etiam *faciliùs* discere, hoc enim in homine *artifice* præstare solet *artis* ratio, ut tantundem operis, quum *rectius* expeditiúsque, tum *leviùs* etiam efficiat.

☞ 1 1 *Diem* tanquam in operas partire: id quod & à *Plinio* secundo, & à *Pio* Pontifice maximo, viris *omnium* memoriâ præstantissimis factitatum legimus. 2 Principio, quod caput est, *præceptorem* interpretantem non *attentus* modó, sed & *avidus* auscultato-

ato. Non contentus impigrè *ſequi* diſſerentem, aliquoties *prævolare* contende. Omnia illius dicta *memoriæ*, præcipua etiam *literis* mandabis, fideliſſimis *vocum* cuſtodibus. 3.

Quibus rurſus ita confidas cave, ut *dives* ille ridiculus, apud *Seneeam*, qui ſic animum induxerat, ut *ſe tenere crederet*, *quicquid ſervorum quiſquam meminiſſet.* 4.

Noli committere ut *codices* eruditos habeas, *ipſe* ineruditus. Audita nè effluant, aut apud *te* aut cum *aliis* retracta. Nec his quidem contentus, aliquam *temporis* partem, *tacitæ* cogitationi tribuere memento. Quam *unam* divus *Aurelius*, tum ingenio, tum *memoriæ* in primis conducere ſcripſit. *Conflictatio* & tanquam palæſtra ingeniorum, nervos animi, præcipuè tum *oſtendit*, tum *excitat*, tum *adauget*. Nec ſcitari ſi quid dubitas, nec caſtigari ſi quid *errabis*, ſit pudor. Nocturnas lucubrationes, atque intempeſtiva ſtudia fugito. Nam & ingenium extinguunt, & *valetudinem* vehementer offendunt. *Aurora Muſis amica* 5. 6. *Meditatio.* 7. *Conflictatio.* 8.

eſt,

eſt, apta ſtudiis. *Pranſus inde* aut *deambula* aut hilarius confabulare. Quid quòd inter *iſta* quoque *ſtudiis* locus eſſe poteſt? *Cibi* non quantum *libidini* ſed quantum *valetudini* ſatis eſt, ſumito; ſub *cœnam* pauliſper inambula, *cœnatus* idem facito. 12. Sub *ſomnum* exquiſiti quippiam ac dignum *memoriâ* legito, de *eo* cogitantem *ſopor* opprimat, id experrectus à teipſo repoſcas.

Plinianum illud, ſemper animo inſideat tuo, *Omne perire tempus quod ſtudiis non impertias.* * Cogita *juventâ* nihil eſſe fugacius, *quæ* ubi *ſemel* avolârit, redibit *nunquam.*

Sed jam *hortator* eſſe incipio, *indicem* pollicitus. Tu (ſuaviſſime Chriſtiane) *hanc* formam, aut, ſi quam poteris, *meliorem* ſequere, ac bene *vale.*

* Cato *uticenſis* fertur *in ipſum* curiam *ſolitus adire cum libro, dumque convenirent* Senatores, *nè ſederet* otioſus, *aut* fabulis *tempus tereret, lectitans expectare.* Val. Max. *lib.* 8. *cap.* 7. *Initandi Junior, ac Senior* Plinius——*Epiſt. lib.* 7. *Epiſt.* 36. Librum *nunquam de* manu, *ſeu de* ſinu *dimittat, ſive* ambulatum *abeat, ſive ſacra* templa *longè poſita ſalutatum*——Is *moras exſpectandi levabit*——*&c.*

Alia

Alia ſtudendi ratio *à M. R.*

1. *Nocte* non ſtudendum unquam.
2. Surgas vel jam oriente *Sole*, vel duabus ad ſummum *horis*, ante ortum ejus——
3. Adhuc in *lecto* perfrica parumper *palmis*, totum *corpus*, & *caput* unguibus, leviùs autem.
4. Surgens, ſaltem *horæ* dimidium cuilibet *expurgationi* concedito.
5. Poſt horæ *unius* ſtudium eburneo pectine *caput* pectas à *fronte* ad cervicem, & cervicem paulò aſperiùs perfrica.
6. Quâlibet *horâ*, ſemel, ſaltem pauliſper remittenda eſt *mentis* intentio.

FINIS.

Imprimatur,

Joh. Hall: *R. P. D. Epiſc. Lon. à ſac. Domeſt.* Feb. 26. 1663.

12JJ73

☞ *An Advertiſement.*

THoſe moſt *Famous Pills* ſo *eminently* Known in moſt Parts of *Europe* to be the only *True*, *Safe*, and *Effectual Medicine* againſt the DROPSY and SCURVY, with all other *Sharp*, *Salt*, and *Watry Humours*; and Helps many other deſperate *Diſeaſes*, Cleanſing the *Womb* of all *Superfluous Humidity*, that often is the Cauſe of *Non Conception*, are ſtill faithfully Prepared by *W. Sermon* Doctor of Phyſick and Phyſitian in Ordinary to *His Majeſty*, and Sold by the Said Doctor and Mr *Edward Thomas* Bookſeller at the *Adam* and *Eve* in *Little Brittaine*, *&c.*

FINIS.

Willm. Atkinson
Ejus Liber Anno Dom:
1720 - pret: 01:09:

Willm Atkinson

Ejus Liber

Anno Domini 1720.

16 16
25 ~~18~~
3
48 3 3 7
25
16 240
3 96
25 1200 3 3 7
3

16
3
48 3 3 7
25
240
96
1200